

danda esset. Sed quia diversa fuit aliorum sententia, idcirco majori parti cedere oportuit.

3 Dicebatur enim in congressu predicto, tale decretum, seu preceptum non esse substantiale in ordine ad clausuram formalem, quoniam cum illae essent mulieres merè seculares, sub nullo religioso instituto in una domo pro majori honestate conservatio collegialiter viventes, idcirco non erant de illis, de quibus agitur in Clement. unica de statu Monachorum, & Clem. prima de religiosis domibus. Extravag. unic. eodem titulo, cum in eis, in litera, vel ratione agatur de Conversis, Tertiaris, Pinzoetheris, Maurtellis, Corrigiatis, Beguinis, Ursolinis, Oblatis, inclusis, Canonissis, Jesuitissis, Subdiaconissis, Diaconissis, Presbyterissis, &c. quarum mulierum species diligenter congerit Tamburin. de Jur. Abbatis. disp. 7. quæst. 2. cum sequitur ad II. & quas ponitur sub certo instituto religioso vivere, quod presuppositum cessat in hujusmodi conservatoriis, seu adunatis mulierum merè secularium, dum dicuntur potius Scholæ, seu Congregationes, cadentes quidem sub generali dispositione Sac. Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 8. Sive etiam sub generali & lata eorumdem iurium, de quibus supra, ex ratione, & ad effectum visitationis, & aliquid superioritatis, ut consulari scandalis, que alias ex hujusmodi adunatis oriri possunt & solent, non autem ut cogi valeant subire formalem clausuram ac vivere tamquam moniales, dum sunt merè seculares, admittit solum prudentibus provisionibus, cullibet bene ordinata & privata domi congruis circa commercii libertatem, ex qua scandala resultare possunt.

5 Quoveto ad alterum punctum potestatis & jurisdictionis Episcoporum, seu Ordinarii in genere in hujusmodi conservatoriis, seu adunatis, scribentes pro administratoribus secularibus acriter insitebant in omnimoda incompetencia Archiepiscopi cum hujusmodi mulieribus merè secularibus, omnia delinquentes ex deductis per Menoch. conf. 948. ubi fuso calamo per plura media, more consuetum, probare conatur exclusionem jurisdictionis & auctoritatis Ordinarii cum consimilibus mulieribus Ursolinis nuncupatis, ac etiam de fundantes in deductis per Cyriac. contro. 504. qui pariter omnia delinquentes ex Menoch. ubi supra, idem probare conatur in mulieribus Jesuitissis nuncupatis, & converso autem ceteri pro Archiepiscopo scribentes insitebant in omnimoda incompetencia etiam privata ex dispositione allegatorum iurium in Clement. unica de statu Monachorum, & Clem. 1. de religiosis domibus, & extravag. unic. eodem titulo cum ibi notatis.

6 Mihi scribenti pro eodem Archiepiscopo, videbatur utramque partem indebitè convolvat ad extrema vitiosa, ut frequentissimum & commutatum est istiusmodi notetionum scribentium, præsertim in hac materia jurisdictionis, vel immunitatis Ecclesiasticæ, quoniam Canonice, vel Morales nihil unum, vel alteram zelantes, nihilum se extendere curant. E converso autem civilitate, seu laici pariter ad indebita laicalem potestatem extendunt, Ecclesiasticam restringentes. Unde propter eorum inconvenientia in dies resultant, cum utriusque jurisdictionis præjudicio, cui consilium esset, si ex solo amore veritatis, cum congruis distinctionibus, & conciliationibus procederetur.

7 Neglectis igitur deductis per Cyriac. quamvis aliis doctum ac eximium J. C. in eo casu prorius male loquentem, cum agat de Jesuitissis, & sic de mulieribus sub religioso formalis instituto viventibus, de quibus propriè agunt allegata jura, ut postmodum expressè declaravit Constitutio Urbani Octavi, super hujusmodi Jesuitissarum suppressione. Quatenus pertinet ad auctoritatem Menoch. dicto conf. 948. mihi videbatur, illum bene loqui in ea parte, in qua negat hujusmodi mulieres comprehendit sub directa & præcisa dispositione d. Constitutio. non Bonifacii VIII. Clementis V. & Joannis XXII. ac benè firmare jurisdictionem & competentiam Magistratus secularis cum dictis mulieribus, eorumque bonis in causis prophanis ac indifferentibus, cum revera sint mulieres seculares, sub nullo religioso instituto ita per quamdam adunantiam infimul jure cuiusdam societatis, seu communione vitæ pro tutori honestate ac respectivè meliori educatione viventes, ita ut d. Constitutio. non dispositio directè & propriè, nec in verbis, nec in ratione conveniat.

8 Malè autem eundem loqui, quatenus in Ordinario neget jurisdictionem sibi competentem, vel ex dicta dispositione Sac. Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 8. per quam subiectioni Ordinariorum visitationi, jurisdictioni, & correctioni quæcumque laicorum Confraternitates. Ad-

nantia, vel Scholæ, sub qua dispositio si veniunt Adunantia virorum, multo magis illa mulierum, quibus, si non directè & propriè, remore autem & a simili convenit, vel ratio, vel dispositio d. Constitutio. non ratione majoris Ecclesiasticæ & laicalis concursus rectè est comparabilis, eodem modo quo in Confraternitatibus laicorum diversis respectibus, laicalis scilicet quoad causas prophanas & indifferentes, Ecclesiasticæ vero quoad modum vivendi, & ut scandalis & inconvenientibus aliis ex hujusmodi Adunantiis in Christiana Republica contingere solitis occurrat, & sic circa materias Ecclesiasticas ipsum corpus univèrsale concernentes.

Ad quod comprobandum deducebam inconcussam observantiam utriusque Sac. Congregationis Episcoporum & Regularium & Concilii, a quibus semper adjuvatum fuit Ordinariis locorum, ut hujusmodi Conservatoria, seu Adunantia mulierum visitarent, corrigèrent, reformarent, ac etiam ubi ratio exigeret, supplicerent juxta singulorum casuum circumstantias, ut præsertim in una Comen. 23. Februarii 1647. Sac. Congregatio Concilii id injunxit illi Ordinario in individuo quoad puellas Ursolinis, de quibus agit Menoch. & in una Mediolanen. 16. Aprilis 1653. in jungitur Ordinario per Congregationem Episcoporum & Regularium, ut hujusmodi puellarum Adunantias visitet, recognoscat, & pro ejus arbitrio prohibeat & dissolvat, remittendo puellas ad proprias domos parentum, vel conjugatorum. Quod etiam demandatum fuit in una Cusentina 27. Novembris ejusdem anni 1653. Et in individuo hujus Civitatis Florentiæ eadem Congregatio Episcoporum & Regularium sub die 22. Augusti 1636. demandavit Archiepiscopo suppressionem cuiusdam Conservatorii existentis intus eandem Civitatem.

Et sic laudabilis mihi videbatur provisio, quatenus iste locus esset apertus, & parum congruus, quod dicta puella reducerentur ad domum intra Civitatem. Prout commendabiles fuissent provisiones circa moderatum ipsarum egressum a loco, & conversationem per domos privatas, vel e converso circa secularium introductionem in ipsam domum, seu Conservatorium; Improbabile autem ab initio visum fuit decretum formalis clausuræ ad formam Sac. Concilii Trid. sess. 25. de regular. cap. 5. five Constit. 8. Pii V. quia hæc procedunt in monialibus votum Religionis formiter profitentibus, quæ etiam profitentur Tertiarie, de quibus agit extensio Greg. XIII. non autem de hujusmodi mulieribus, quamvis oblatas & sub certo instituto viventibus per quamdam voti imaginem, donec ibi exsint, formalem etiam obedientiam promittentibus, quia in effectu sunt persone seculares, ut occasione Mopalerii Olivetorum Turris Specularum Urbis, Navarr. conf. 81. & 82. lib. 3. de regul. Tamburin. de jur. Abbatis. disp. 18. q. 5. n. 4. & de quo agunt etiam Menoch. & Cyriac. locis citatis.

ANNOT. AD DISC. XLV.

Ad materiam hujus discursus super Conservatoriis, & adunatis mulierum, que non sint verè moniales, videnda sunt ea, que habentur latius deducta sub tit. de regular. disc. 50. & in eod. tit. disc. 73.

BOVINEN. PRO EPISCOPO.

Responsum pro veritate.

An Episcopus exercere possit jurisdictionem Ecclesiasticam etiam per censuras contra laicos pro exigendis vectigalibus, aliisque juribus per Principem secularium sibi concessis.

Civitas, vel Dominus temporalis, an concedere possit forensibus civilitatem, qua mediante obtineant exemptionem ab oneribus & contributionibus, que per Episcopum ad forensibus, non autem ad civibus exiguntur.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
2 Ecclesia, vel Clericus actor tenetur convenire laicum in suo foro laicali, & de limitationibus.
3 Non dicitur impugnare, vel turbare qui allegat non comprehensionem.

4 Quam.

4 Quando consuetudo tribus Episcopo jurisdictionem in laicum.

5 Consuetudo particularis prævaleat generali.

6 Consuetudo non extenditur de casu ad casum.

7 Negans solvere dicitur spoliare creditorem qui est in possessione.

8 An Episcopus sit iudex in causa mensuræ missivæ.

9 Quando ad censuras procedi possit pro pecuniaria non prævisi diligentis a S. Conc. Trid. demandatis.

10 An civilitas concessa per Civitatem, & per Dominum inferiorem attendatur in præjudicium tertii.

DISC. XLVI.

Requens est in Regno Neapolitano quoddam vestigial, sive onus vulgò nuncupatum Piazza, solvi consuetum pro forenses in loco mercantis, quod in plerisque locis, ex Regum, vel antiquorum Principum concessionibus per Ecclesias possidentur, ut præsertim contingit in hac Civitate, cuius Cathedrali pro ejus dote Princeps Robertus Palatinus Loretoles Comes plura concessit bona, sicut præsertim ibi nuncupatum mezza piazza, ad cuius solutionem evitandam, aliqui forenses ibi mercari soliti, civilitatem à Domino Temporalis, vel à Communitate obtinere curarunt, Cumque Episcopus per centenas eos solvere recitantes compellere vellet, et opponentibus Magistratus laicis, super tribus consilium petiit pro veritate; Primo, an cum propria jurisdictione, & auctoritate laicos ad id cogere posset; Secundo, an deveniri posset ad censuras non præcedentibus diligentis à Sac. Concil. Trid. demandatis; Tertio, an civilitas concessa per Baronem, vel Communitatem ei præjudicaret.

Quoad primum respondi, regulam esse negativam, ex clara dispositione text. in c. si Clericus laicum, de foro compet. ubi ad literam dispositum, Ecclesiasticum alicui, laicum in fuo foro convenire debere, potissimè vero ubi non agitur de exigendo jure Ecclesiastico, & spirituali, ut sunt decime, que Episcopo ratione Sacramentorum, & Divinorum solvuntur, sed de jure merè temporali ex concessione Principis laici, quem ita respiciuntate dicitur.

Et quavis ex eodem textu due resistent limitationes ad rem facientes, una scilicet ubi agitur contra laicos occupatores honorum, & jurium Ecclesiæ, ut per Innoc. Abb. Felin. & alios ibidem, & alibi ex deductis per Sac. de iudicis lib. 1. cap. 11. non. 50. Cachetan. decis. 32. non. 3. & 6. Bellet. de iur. Clerical. tit. de favore Clericorum reals. §. 5. n. 2. cum seq. Spereil. decis. 98. non. 2. Et alteram ubi accedit consuetudo, ut ex eisdem Canonissis, de quibus Beller. ubi supra non. 4. Spereil. dicta decis. 98. non. 23. & 94. Nihilominus utramque limitationem dixi, vel periculosa, vel diffucilem, ut ad praxim reduceretur. Tum quia non de facili seculares Magistratus id permittunt, cum præterant etiam cum jurisdictione, que de jure Episcopo conceditur cum laicis in casibus mixti fori, ibi non esse exercibilem, ut habetur in prag. 3. de jurisdic. in vicem non turbat. cum ibi notatis.

Tum etiam quia jus Episcopi, seu alterius Prelati possidentis, & turbati in possessione, vel perceptione fructuum honorum Ecclesiæ, procedendi contra perturbatores ad censuras, aliæque Ecclesiasticæ remedia, procedit quando per viam usurpationis, & turbationis de facto id contingit, juxta casum, de quo in Coronen. disc. seq. & in Cusentina alio disc. prox. sequenti, cum similibus, & sic ubi alter Ecclesiasticus prohiberet, vel impediret, nec hujusmodi vectigal, sicut jus exigeret, & possideret, sicut ubi nemine in hujusmodi juris possessione turbante, sola contentio est in non comprehensionem eorum, qui ad illud obligati sunt, quoniam contravenire non dicitur neque turbare, qui non comprehensionem allegat, negando in seipso eam qualitatem, que est causa obligationis decis. 166. in fine, & 211. n. 2. & 249. 7. recent. cum hujusmodi laici quatenus essent forenses non controvertent hujusmodi solutionem, quam negabant ob superventam civilitatem, cuius punctus, an scilicet illa suffragaretur, necnè, & an potestas Domini temporalis, vel Communitatis ad id se extenderet, est merè laicalis, per Principem, vel majorem Magistratum laicum decidendus, præsertim quia, ut dictum est, non agitur de jure Ecclesiastico, sed spirituali, sed de onere merè laicali possessio ex concessione Principis laici, qui illud imponere nolum habentibus civilitatis loci prærogativam, idcirco ad eum pertinere videtur declarate quoniam sint illi civis, quos, ipse eximere voluit, & non gravare.

Et licet generaliter, & abstractè, præsupponatur legitima consuetudine, contrarium veritas dicendum esset, quoniam cum Episcopus, seu Prælati Ecclesiasticus non sit omnino Card. de Luca, Lib. III.

incompetens iudex laici, cum quo actualem habet jurisdictionem in causis spiritualibus, in prophanis vero habet habitualem, sine dubio ex consensu prorogabilem, idcirco vestissima videtur dicta Canonistarum traditio, in consuetudine tæciturum populi consensum prorogativam ita inducitur videretur, non obstante dicta contraria consuetudine etiam in fortioribus casibus mixti fori, ex verba, & recepta propositione deducta ex glof. finis c. super eo verbo vicinibus de censibus, & Bart. in l. 2. sub n. 41. c. que sit longa consuetudo cum quibus cæteri, pertranseunt, ut consuetudo particularis prævaleat generali; Quod etiam habemus quotidianum in materia Statutorum, ut particulare loci subditi prævaleat generali loci dominantis.

Attamen advertendam punctum difficultatis esse in hujusmodi consuetudinis legitima, & sufficienti probatione cum suis requisitis, illo præsertim scientia, & patientia laicalium Magistratum, de quorum præjudicio agitur, ac etiam quod probaretur in casu individuo, in quo peculiaris consuetudinis natura est eam iustificari debere, cum non detur extensio de casu ad casum juxta conf. 237. n. 3. Oldrad. Greg. & add. decis. 45. & 162. Mantice. decis. 357. cum aliis copiose deductis in Majoricen. Canoniceat. decis. 56. post Tondur. de person. decis. 34. & 37. post Zuff. de legit. process. & alibi; Atque in hoc mihi videbatur adesse majorem difficultatem, quoniam probabile credebam, consuetum esse compellere renitentes abique dubio forenses, & quorum certa est obligatio, ita ut negando solutionem, spoliate Ecclesiasticæ dicerentur ex frequenti propositione, quod negans solvere, id quod est solitum, & possideret, dicitur turbare, & spoliate decis. 99. n. 3. part. 1. divers. Cavalen. decis. 501. n. 3. & passim, sicut autem ubi non negatur solutio debita, sed præteritur eam non deberi ob cessantem qualitatem, quæ est causa obligationis.

Alia etiam difficultate concurrente, quod cum non ageatur de sublimitatis censuris jam promulgatis, sed agitur de puncto in genere, & super controversiis in futurum occurrentibus, de plano intrare videbantur ea, que habentur infra in Coronen. disc. sequenti, de reculatione Episcopi in causa mensuræ mixturam propriam interesse, dum non agebatur de casu, in quo extrajudicialiter, & per viam defensionis procedendum esset, ut est in casu iurata possessionis de facto, sed petentes procedendum erant in forma judiciali pro decidendo puncto, an civilitas ex privilegio, seu aggregatione ad id sufficeret nec ne juxta distinctionem Canonistarum, de qua in eadem Coronen.

Hinc proinde superflua tenebatur secunda inspectio, an scilicet postea competens procedi posset ad censuras non prævisi diligentis à Sac. Concilio demandatis, unde respondi hunc secundum punctum dependentiam habere à primo; Si enim essent in casu formalis perturbacionis juxta deducta in dicta Coronen. non intraret necessitas diligentiarum, quoniam tunc ad censuras procedi non dicitur in forma judiciali, & tanquam per iudicem, sed notius in forma extrajudiciali, vel tanquam per præconem, & denuntiatorem illarum censurarum que à jure illatae sunt, vel tanquam per patrem, se defendendo cum armis Ecclesiæ, atque cum illis vim vi repellendo, potissimè quia cum laicales Magistratus non de facili permittant ibi Episcopis exercitum gladii temporalis cum laicis, impracticabiles remanent diligentia à Sac. Concilio desiderata, unde cessat ratio, qua cessante cessare etiam debet dispositio, ut in his terminis, licet ad aliud propositum, habetur apud Orthob. decis. 79. in fine.

Demum quoad tertium quæsitum, procedebam cum distinctione, de qua etiam infra hoc eodem lib. sub tit. de præsumptionibus in Romana protectionum disc. 13. quod aut in hujusmodi forensibus concurreat qualitas inductiva civilitatis de jure, puta quia ubi uxorem duxerint, & bona quaesierint, seu alias domicilium legitime contraxerint, & tunc habendi sunt in omnibus pro civibus, juxta ea que antiquioribus allegatis habentur apud Cephal. conf. 451. n. 18. & seq. Paris. conf. 71. lib. 1. Menoch. lib. 6. præsumpt. 30. nu. 21. cum seq. Muta ad consuetud. Panorm. c. 30. n. 19. & seq. & cap. 86. non. 30. & seq. Nepita ad consuetud. Catanen. tit. 2. Rovit. prag. 1. de immunitate Neap. & alios, ita ut si Dominus temporalis, vel Communitas laicorum desuper aliquod expedit privilegium, illud in effectu non fit tale, sed potius continet administationem iustitiæ, & explicationem ejus quod est de jure.

Aut hujusmodi qualitatibus cessantibus, agitur de civilitate ficta, & merè privilegiativa, & tunc fecus, ex recepta distinctione Bart. in leg. si Maritus 15. §. leg. Julia in fine, ff. ad leg. Juliam de adulteris, quod scilicet Civitas concedere po-

re potest dictum civitatem in sui praedictum suorumque subditorum, & in iis que ab ipsa dependent; Idemque quoad Baronem, seu Dominum temporalem, cum alias concedere generaliter verum civitatem sit de Regalibus, ac pertinet ad supremam Principis potestatem. & sequuntur ceteri collecti per Roland. conf. 76. n. 16. lib. 2. Menoch. d. presump. 30. n. 22. Sella decif. 90. n. 3. & 4. Et in terminis proximis civilitatis concessit per Civitatem, non suffragantis adversus Episcopum utpote ipsi Civitati non subiectum ad effectum gaudendi concordia Ravennaten. habetur apud Beronum conf. 104. n. 5. & 8. lib. 1. & conferunt que in materiis adoptionis, seu allectionis in familiam distinguendo habentur in dicta Romana protectionum sub tit. de praesentibus, hoc tit. disc. 13.

SUMMARIUM.

- 1. De jurisdictione Episcopum in causa propria, vel Ecclesie, seu Mensae, ad disc. 46. & seq.
2. An Praelati, vel Civitates conferre possint nobilitatem, vel civilitatem.

ANNOT. AD DISC. XLVI. cum duobus seqq.

Super jurisdictione Episcopum cum secularibus pro defensione honorum, & iurium Ecclesie per censuras, aliaque remedia, non dedit occasio ulterius agere; Et de recitatione Episcopum in causa propria Mensae, vel Ecclesie, agitur sub tit. de beneficiis disc. 2.

De facultate autem Baronum, vel Civitatum concedendi nobilitatem, vel civilitatem, & de materia civilitatis, agitur infra in tit. de praesentibus, disc. 30. & seq. & disc. 35. & 38.

COTRONEN. CENSURARUM PRO EPISCOPO CUM BARONE INSULAE.

Causa decisiva per Rotam ut infra.

An Episcopus exercere possit jurisdictionem Ecclesiasticam etiam per censuras contra laicos pro exigendis vestigialibus aliisque iuribus per Principem secularem sibi concessis.

Civitas, vel Dominus temporalis, an concedere possit forensibus civilitatem, qua mediante obtineant exemptionem ab oneribus, & contributionibus, quae per Episcopum a forensibus, non autem a civibus exiguntur.

SUMMARIUM.

- 1. Fadeseries
2. Absolutio non est neganda ubi censura sunt dubia.
3. Ordinarius procedere potest ad declarationem censurarum laicorum a iure etiam contra exemptos, & non subditos.
4. An & quando Episcopus, vel Praelatus gladium spiritualem censurarum exercere possit cum non subditis ob iniuriam, seu violentiam sibi in persona, vel bonis illatam.
5. An Episcopus procedat in causa sine Ecclesie, vel mensae.
6. Distinguantur plures casus, & primo non procedat in causa suorum honorum privatorum.
7. An sit iudex in causa jurisdictionali cum alio Praelato, quoad declaratur.
8. Est competens in casu jurisdictionis, seu libertatis beneficiorum.
9. Non est competens in casu mensae, ubi scilicet principalis contentio est, an bona ad unam, vel alteram mensam pertineant sine praedictio Ecclesie.
10. Quid in casu super bonis Ecclesie cum tertio, quorum fructus sit ipsius Episcopi, vel Praelati.
11. Quid in his casu Episcopus non sit recusabilis.
12. Contrarium verum, ut possit recusari.
13. Sed sine recusatone valide procedit.
14. Quomodo intelligenda propositio quod Episcopus non potest esse iudex in causa mensae.
15. Quando dicatur causa propria, in qua non licet iudicare.
16. Interesse secundarium non facit causam propriam.
17. Ubi Episcopus est recusabilis, recte iudicat de consensu.
18. Observantia potest tribuere jurisdictionem alias incompetentem.

- 19. Observantia est, quod Episcopi cognoscunt has causas.
20. De inconvenientibus alias recusabilibus.
21. Episcopus etiam recusatus procedere potest ad censuras contra eum turbantes in sua possessione, & de ratione.
22. Et an etiam contra non subditos, & quid differat esse subditum necne.
23. Conclusio quod num. preced. procedit dummodo Episcopus, vel Ecclesia sit in possessione.
24. Item quod procedat judicialiter, non extrajudicialiter.
25. Ecclesia non tenetur probare se esse in possessione libertatis, & exemptionis a solutione onerum laicalium, quia dicitur probatum eo ipso, quod non probatur contrarium.
26. Quando dicatur procedi judicialiter, vel extrajudicialiter.
27. Refertur alter casus similis controversae.

DISC. XLVII.

Procedente Ecclesia Cathedrali Cotronen. quendam tenentem nuncupatum Buccafiori in territorio Civitatis Insulae, illius Baro pretendens habere jus exigendi quoddam onus sibi nuncupatum, ab exteris cum eorum animilibus in eo territorio de patentiibus, de facto, & laicali auctoritate ab affidariis, seu affidatis dictae tenentis exegit duccatos 80. pro fidei annorum. Unde propterea Vicarius Generalis, previa citatione, in contumaciam, tam Baronem, quam ejus ministros declaravit incurfos in censuras illatas per Sac. Canones, Concil. Trident. & Bullam Coenae contra occupantes bona Ecclesie, seu ab ea exigentes onera laicalia, a qua declaratio interposita appellacione, & commissa causa in Rotam coram Carpino cum clausula rescripti, & satisfacta Ecclesie, datoque dubio, an sit locus revocationi censurarum, sub die 4. Martii 1667. affirmativa prodiit resolutio Baroni favorabilis, facto tamen deposito pecuniae exactae; Cujus resolutionis fundamentum fuit duplex nullitas per scribentes pro Barone deducta; Primo, quia Episcopus, vel ejus Vicarius non poterat esse iudex in causa ejus mensae ratione proprii interesse; Et secundo, quod carebat jurisdictione cum dictis Barone, & ministris, utpote non subditis, nec ratione originis, nec domicilii, nec delicti, vel restitae, cum essent de diocesi Insulana, in qua etiam sita est tenuta, & sequuta fuit exactio.

Reproposita vero causa sub die 16. Novembris ejusdem anni, cum vota non essent concordia, prodiit resolutio, quod suspensis firmatis in dicta prima decisione quoad dictas nullitates, concederetur interim absolutio, quae deneganda non est potest, quoties validitas censurarum in dubium revocatur ad text. in cap. solet, & cap. venerabiles, §. porro, de sentent. excommunic. 6. Franch. in dicto cap. solet, n. 1. 6. 8. & 9. Abb. in cap. per nos, num. 9. & 10. ubi Butr. num. 26. eodem tit. cum aliis allegatis in 2. decis. in fine, in qua ad formam discussis, plenè, & elaboratè deducendo multa hinc inde facientia, ostenditur utrumque articulum, iudicandi scilicet in causa propriae Ecclesie, vel mensae, & censurandi non subditos, esse nimis dubium, & involutum.

Verum reflectendo etiam ad veritatem, mihi videbatur tale dubium non adesse, quodque flantibus hic circumstantiis, casus pro meo iudicio esset planus pro subfinita censuratum; quoniam omnia tam in prima, quam in hac secunda lateri decisione deducta, percipiunt casum censurarum laicorum ab homine, ubi scilicet Episcopus, vel ejus Vicarius, ex propria auctoritate, & jurisdictione illas proferat contra non subditos, sive in causa propria, quod in praesenti non cadebat, dum solum agebatur de declaratione super incurfos in censuras laicales. Per factos scilicet Canones, Concil. Trident. & Bullam Coenae contra occupatores bonorum Ecclesie, & ab eadem, seu Ecclesiasticis exigentes tributa, vestigialia, aliaque onera laicalia.

Hoc autem fieri potest etiam cum non subditis, & exemptis, quorum alias Episcopus, seu Praelatus esset iudex incompetentis, quinimo etiam expressè haberent privilegium, nec per Ordinarium censurari possent; quoniam non est facere partes iudicis, sed simpliciter denunciatoris, neque proferre censuras, sed declarare eas a lege prolatas juxta text. clar. in Clement. 1. de priv. in princip. ubi Abb. num. 22. Zabarell. n. 24. Felin. in cap. non potest, de sent., & de iudicata, num. 2. ubique Fagnan. n. 16. & 23. & ceteri, de quibus Campanil. in diversor. jur. can. sub r. 12. c. 16. n. 42. Prax. Archiep. Neap. cap. 39. n. 1.

Et

Et quamvis non desint dubitantes ex motivis per Fagnan. ubi supra; ex ca. ratione, quod licet Praelatus alias incompetentis non iudicet super ipsorum censuratum prolatione auctoritate sua, at tamen iudicare dicitur cum non subdito super facto, ejusque declaratione, declarando scilicet illum gessisse tale factum, ob quod intret censura a lege illata; Nihilominus ubi factum est certum, habens speciem notitii, vel alias non controvertatur, ita ut illius verificatio, ut est in delicto dubio, & negato, non requirat processum formalem, ac judicialem cognitionem, omnes Sacra Congregationes, tam Concilii, quam Immunitatis, & Episcoporum retinent hanc opinionem, ex iis, quae cum acriter disputacione habentur firmata supra in Messanen. hoc eodem tit. disc. 29. ubi de censuris ab Ordinario valide declaratis ob violationem Ecclesiasticae immunitatis contra Equites Hierosolymitanos abique dubio exemptos, & habentes expressum privilegium, nec a quocumque Ordinario excommunicari, aliaque censuris innodari possunt, cum aliis ibi deductis; Unde cum factum in praesenti esset certum, & incontrovertibile; quia censurati non negabant exactiones dictae fidei, quod est onus laicale, atque etiam sit jus praeteritum Bullae Coenae super censuris contra laicos injudicialiter onera ab Ecclesiis, & Ecclesiasticis exigentes, videbatur de plano versari in casu dictae Clementinae, unde propterea dicebam inanimè remanere disputacionem super dictis articulis, utpote extra casum, cum percipiuntur censuras latas ab ipso Praelato alias incompetente, ex auctoritate, & jurisdictione sua.

Ceterum, quatenus ad praefatos articulos pertinet, aliter, cum sentit extra veritatem, dicebam praefatas nullitates nullam habere substantiam, atque auctoritates desuper deductas, cum aliquo forsitan aequivoco, non bene applicari ad factum, illos liquèdum distinguendo.

Quo ad illum, an Episcopus, vel Praelatus censuras proferre possit contra eum, qui sibi in persona, vel bonis iniuriam, vel violentiam faciat juxta dispositionem textus in cap. dilectio, de sent. excomm. in 6. ubi est sedes materiam, quamvis Innoc. originarius auctor limitationis ibidem, num. 2. dicat, dummodo tamen spiritualis gladius non exerceatur, nec pro sua nec pro aliena iniuria nisi contra homines sine jurisdictione, naturaliter tamen de consensu prole, & aliis bene potest exerceri: etiam in homines cuiuscumque jurisdictionis; Atque cum dicti Innocentii traditione, tanquam simpliciter relatores, ea ulterius non examinata, petranterent ibidem Ancharan. n. 1. Joan. Andr. n. 2. Geminn. n. 10. & seq. & ceteri incidenter, & ad aliud propositum relati per Borgnin. Cavalecan. dec. 28. p. 1. n. 39.

Nihilominus observabam, textum praedictum in litera loqui de iniuria, quae Praelato in persona, & bonis suis fiet, non explicando, an intelligatur de bonis Ecclesie, & ratione Praelaturae, nullitque ex dictis Canonistis descendit ad hac speciem, an scilicet dictus gladius spiritualis exerceri valeat contra non subditos turbatores, seu usurpatores bonorum Ecclesie, quo casu dicebam firmam remanere opinionem Riccioli. de iure personarum, lib. 4. cap. 61. n. 26. cum seq. ubi per serm. n. 39. satis congruam, & convincentem assignat rationem, quod facilis Ecclesia ejusque Praelatus subiectus est iniuriis, & violentis non subditorum, minorem timorem, minoreque reverentiam habentium, idcirco ubi major est timor, vel violentia, ibi magis prompta, & facilis debet esse defensio; Atque Innocentii limitatio, rectè adaptabilis videtur illi iniuriae quae ipsius Praelati in persona, vel bonis privatis fieri, quia non subditis ad nullam reverentiam legem cum eo obligati, fere merè privato agere dicuntur. Undè propterea non bene inferitur ad iniurias, & violentias ratione Ecclesie, & Praelaturae, cum tunc, quamvis non subditus, efficiatur talis ratio iniuriae, seu turbacionis, ex iis, quae habentur in dicta Messanen. Ponderata etiam ratione clari in convenientis, quod ita scilicet esset aperire etiam jam inveniunt forensibus, seu exemptis usurpandi bona Ecclesiarum, vel Episcoporum, & Praelatos iniuriandi, & malè tractandi, quo nil absurdius, ut etiam habetur disc. 56.

Quoverò ad alteram questionem: An scilicet, & quando Episcopus valide procedat in causa sine Ecclesie, vel mensae, & an subsistat differentia inter causas Ecclesie, & causae mensae, ut scilicet in primis procedere possit, quamvis recusabilis, non autem in aliis, ex deductis per Abb. & Butr. in eum venissent de iudicis cum aliis per Nat. conf. 74. n. 7. Alex. conf. 99. n. 2. lib. 1. Surd. conf. 51. n. 1. & ceteri, de quibus in utraque decisione.

Dicebam forè procedi cum aliquo aequivoco, pro quo Card. de Luca, Lib. III.

dilucidando, dictisque, & similibus doctrinis congruè applicandis, procedendum est cum distinctione sex casuum; Quorum primus est, ubi agitur de causa in bonis propriis & particularibus ipsius Episcopi, seu Praelati, & tunc rectè dicitur cum, nedum esse recusabilis, sed etiam omnino incompetentem, ita ut, etiam nulla recusatone accedente, gelta dicantur in valida ex iuris dispositione in rubro, & nigro, C. Ne quis in sua causa, quoniam ita verè, & propriè est iudicare in causa propria, & privata, quem casum examinare non oportebat, cum in eo non veritetur.

Alter casus est, ubi agitur de iniuria facta personae ipsius Praelati, vel suis, & tunc distinguitur an id sequatur ratione personae, & iure privato, vel ratione Praelaturae, ut in primo casu non sit competens, in secundo autem ad effectum recusatonis distinguitur inter notorium, & non notorium, ut in secundo casu sit recusabilis, non autem in primo ad not. per legitas in lancia, Cod. Ne quis in sua causa, & Canonistae in cap. si quis erga 2. q. 7. & cap. ex parte, de verb. signific. de quibus, Trentacin. lib. 2. var. tit. de iudicis, presol. 5. num. 6. Barbo. in d. l. unica, num. 11. & 12. Follet. in praes. erim. nat. verb. Item quod est notarius delinquent, & aliis, quod etiam obiter insinuabatur, dum causae necessitas non exigebat.

Tertius casus est, ubi agitur de causa Ecclesie cum non subdito, seu eo qui se pretendit non esse talem, ita ut controversia sit super iure coequali, de cuius pertinentia agitur, unde Ecclesiam ejusque Praelatos gerant figuram partis formalis, ut, ex gr. sunt jurisdictionales controversiae, quae habentur cum alio Episcopo super territorio, & finibus diocesis, sive cum Praelato inferiori super territorio separato cum similibus, iuxta casus, de quibus supra in Teletana disc. 1. & tot aliis frequentes, & in hoc pariter dicebam, Episcopum esse, vel incompetentem, vel abique dubio recusabilem, cum in effectu faceret dicere, vel abique propriam, nisi cum iis, qui se pretendunt exemptos, & non subditos esse in jurisdictione, & superioritatis quasi possessione, quam illi de facto intervertere vellent juxta eam tunc, ut in cap. venerabilis, de consensu, & cap. procuratorum, eod. tit. cum ibi notatis, sed haec etiam obiter utpote extra casum controversiae.

Quintus est, ubi agitur de causa, in qua, tam Ecclesia, quam ipse Praelatus habere quidem dicuntur interesse, quod tamen est modicum, & valde remotum, ut, ex gr. sit causa super statu Beneficiorum, an scilicet esse de iure patronatus, necne, interest enim Ecclesie, & Episcopi beneficia esse libera collationis, tam ob favorem libertatis, & exclusionem servitutis ipsius Ecclesie, quam etiam ob aliquid commodum ipsius Praelati, qui ita facilius suis benevolis ac bene meritis gratificari potest; Verum hoc dicitur interesse, vel satis modicum, vel remotum, quod non solum non causat incompetentiam ad effectum validitatis actuum, ubi nulla concurrat recusatone, sed etiam ad istam impediendam, cum hac non videatur causa sufficiens, ut quotidiana in eo casu praxis docet, quidquid parum digeste in his terminis dicatur quoad recitationem apud Coccin. dec. 79. Sed pariter de hoc incidenter, non examinata formet veritate articuli utpote extra casum controversiae.

Quintus est, ubi Ecclesia non est in causa, nullumque praedictum ex lite sibi resultat, quia nempe, nulla existens controversia super ipsorum bonorum, vel iurium dominio, & possessione penes Ecclesiam, sola contentio sit super pertinentia fructuonis, & commoditatis inter ejusdem Ecclesie ministros, puta inter Episcopum, & Capitulum, sive Abbatem, & Conventum, aut inter eundem Praelatum, & fabricerios cum similibus, an scilicet illorum bonorum, vel iurium fructus, essent de mensa unius, vel alterius, & hic videtur proprie casus, de quo loquuntur allegati Canonistae in ordine ad omnimodam incompetentiam influentem in invaliditatem actuum, etiam sine recusatone ex dicta dispositione juris in rubro, & nigro, Cod. Ne quis in sua causa, &c. cum tunc propriè agi dicatur de causa proprio menie discretivè ad alios ministros, vel usus, abique aliquo praedictio Ecclesie saltem directo, & principali, quia ejus non interest, an firma remanente substantia domini, possessionis, & libertatis bonorum penes ipsam, eorum fructus, vel commoditas, uni, vel alteri ex ejus ministris applicetur, Solumque potest adesse praedictum secundarium, & consequitivum non ita considerabile; Neque ex deducendis in casu sequenti alio modo intelligi possunt dicti Canonistae, quando dicunt, quod Episcopus non potest esse iudex in causa sine mensae, capiendo hanc negativam tanquam omnimodam in ordine ad annulationem actuum etiam sine recusatone.

Sextus demum est casus præcisus præsentis controversiæ, ubi scilicet agitur de dominio, & possessione, vel libertate bonorum ipsius Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiata &c. cum tertio, ita ut licet eventus perpetuum commodum, vel respectivè dampnum percutiat principaliter ipsius Ecclesiæ, quæ ita ea bona in controversia existentia acquirat, vel respectivè amittat, aut alicui oneri & servituti obnoxia habeat cogatur exinde verò accessoriè & consecutivè resiliat dampnum, vel respectivè commodum Episcopi, vel Prælati, cujus (juxta generalem naturam omnium Ecclesiarum & Beneficiorum) sunt fructus & emolumenta obvenientia ex bonis, & juribus Ecclesiæ, quæ supportatis ejusdem Ecclesiæ oneribus cultum & rectam administrationem concernentibus exuberant, ut regulariter, non consilio de particulari applicatione ad certum usum, sunt bona & jura, Cathedralium, Metropolitanorum, & Patriarchalium Ecclesiarum, sive etiam Abbatialium, & Collegiatarum habentium proprium Prælatum cum jurisdictione.

Et ito casusdem intrant quæstiones; Una ubi res in fieri, & causa non instructa, atque altera pars Episcopum, seu Prælatum ob hujusmodi proprium interesse recuset suspensum, an scilicet non probata alia legitima suspitionis causa, regulariter necessaria in reculatione iudicis ordinarii, ista sola sit sufficiens. Et altera ubi agitur de causa jam sopita, ad effectum validitatis sententiæ, & actorum in contumaciâ, seu alias nulla accedente reculatione.

Ubi agitur de prima questione, adhuc contentio est inter scribentes, siquidem civiliter, antestranum habentes Baldum in d. l. unica, Cod. ne quis in sua causa, tenent negativam, adhibentes idem exemplum possum per Bald. de causâ devolutionis molendini, & bonorum Episcopatus, seu Ecclesiæ Cathedralis Perusii, ut post Salicetum in eadem l. unica, num. 6, & alios Redan, de rebus Eccles. non alien. c. 78, cap. 8. n. 4. & 5. M. Antonin. lib. 1. variat. cap. 48. Bellett. d. quæst. Clerical. tit. de exempt. Clericorum a statuta, §. 1. n. 26, & 37. cum quibus inclinare videtur Sperell. dec. 93. apud quos aliqui habentur etiam canonice hanc opinionem sequentes.

Admittendam tamen in contrarium esse magis committentem, præsertim canonistam, ut post recusat, quodque illa dicantur causa sufficiens, atque hanc sequitur Rota ut potè æquorem, ut apud Coccin. dec. 79. Ca. de Grass. dec. 4. de except. Orthob. dec. 52. dec. 36. num. 15. part. 10. recent. & in aliis; Et in his terminis loquuntur superius allegati, præsertim Alex. conf. 79. lib. 1. num. 2. Natta conf. 172. num. 7. Surv. conf. 50. num. 13. et Abb. Butt. Dec. & alii in d. cap. cum venissent.

Et sic exemplificando, juxta praxim Curiæ; Quando intendant Promotore fiscali causam devolutionis aliquorum bonorum, seu pertinentiarum decimarum, aut aliorum jurium eorum ipso Episcopo, vel Prælato, altera pars cum recuset, ac adiret A. C. vel Metropolitanum, seu alium superiorem, unde disputari contingeret in Signatura, an causa adhuc integra & inedia remittenda esset necne ad Ordinarium in prima instantia juxta dispositionem Sac. Conc. Trid. sess. 24. de reform. capit. 20. Causa omnes &c. atque istos terminos verè percutiunt proximè allegati auctores, in quibus decisiones se fundant.

Secus autem ad secundum effectum, ubi scilicet agitur de nullitate gestorum etiam sine reculatione ex defectu jurisdictionis, deducto ex eo quod ageretur de causa sue mensæ, tunc enim videtur assumptum omnino erroneum nullo auctoritatis, vel rationis fundamento munitum ut ultra Butt. & Abb. in dicto cap. cum venissent, num. 3. de off. legati, Oltien. in cap. ex parte, num. 5. c. 6. de verborum signific. ad Bald. Salicet. & alios in dicta leg. unica, Cod. ne quis in sua causa firmam Lap. allegat. 37. ubi de Prælato volente exigere canones, livellos, & alios redditus, Oldrad. conf. 135. num. 1. & Calderin. conf. 6. de iudicis, apud quos de causis, quarum accessoria, seu consecutiva utilitas erat Prælati, de quo etiam Cypoc. dec. 137. & Boer. dec. 236. ubi de Episcopo volente exigere subsidium charitativum, cum aliis per Laurent. in tract. de iudice suspecto, cap. 5. num. 26. ubi explicitè de causis mensæ, eisdemque terminis percipiunt super allegatè decisiones Ca. de Grass. Orthob. & aliorum, super causis scilicet bonorum Ecclesiæ Cathedralis, quarum devolutio, seu recuperatorum fructus Episcopi redditus impinguerent, & successivè in ipsius Episcopo commodum & utilitatem cederent.

Et tamen nemo ex dictis dubitat de competentia, & de validitate actorum, quodque ex consensu implicito, vel ex-

PLICITO, talis Prælati possit esse iudex, solaque difficultas est in ordine ad reculationem, & in hoc veritatem acquivocum clarum circa malam intelligentiam dictorum canonistarum, quando dicunt, quod Episcopus non potest esse iudex in causa sue mensæ, quoniam, vel intelligendi sunt juxta quintum proximè præcedentem casum, ubi scilicet causa principaliter vertitur super pertinentia fructuum & commoditatis ad unam, vel alteram mensam absque alio Ecclesiæ præjudicio, vel ad effectum recubilitatis; Ideoque, aliud est dicere, quod non potest esse iudex altera parte invitata, quia nempe possit reculari, aliud verò quoad omnimodam impotentiam, seu negationem jurisdictionis, unde res ultet nullitas.

Evidenter id comprobat viva & convincens ratio, quæ deficientibus etiam auctoritatibus, sufficere debet, quoniam causa propria dicitur illa, cujus commodum & incommodum principaliter pertinet ad eum, qui iudicis partes assumere autumat, Bald. in d. l. unica, Cod. ne quis in sua causa, numer. 3. Salicet. ibidem, numer. 6. Barbol. in l. si quis ex aliena, numer. 114. ff. de iudicis, Mart. voto, seu dec. 57. num. 22. & 23. Quæ ratio adaptari non potest Episcopo, seu Prælato, quoties causa est cum tertio, super perpetuo puncto domini, vel libertatis bonorum Ecclesiæ, dum victoria, vel succumbentia respicit in substantia perpetuum commodum, vel dampnum ipsius Ecclesiæ, quæ ita magis ditata, vel depauperata remanet, dampnum verò, vel commodum Prælati est accessorium & consequivum in solo fructu, ac etiam temporaneo & accidentale, quod cessare potest etiam ante causam finitam per eius cessum, vel defectum. Ac etiam quia Episcopus, vel alter Prælati non est Dominus, sed administrator, atque bona non sunt sua, ideoque non videtur quale fundamentum, nec legale, nec naturale habet hæc opinio.

Neque omnino interesse facit causam propriam, sed solum illud, quod est totale, & principale, non autem accessorium & consequivum, nam alias ubi, ex gr. iudex participat de conscriptionibus, seu incarcerationibus, ut est in aliquibus Tribunalibus Urbis ex deductis infra in Romana decima, d. 85, quod iudex participat de quarta parte, seu alia quota, debet esse incompetentis, cum similibus; Unde propterea dicta magis communis, & per Rota recepta opinio, quod Episcopus, vel Prælati, in hujusmodi causis ratione dicti proprii interesse accessoriè & consecutivè, sit recubilitas, magis procedit de quadam acquirata, quam sequitur Canonistæ & Rota, quoniam de iurisdictione jure, magis juridica est opinio Bald. aliorumque civilistarum.

Alia etiam accedente ratione ad effectum validitatis gestorum, quod scilicet Episcopus, quamvis recubilitas, de consensu partis rectè iudicat, ut ex Hostien. & alii Fagnan. in cap. procuraciones, num. 47. & 48. de consensu & carci. unde propterea, parte citata, & non recusante, concurrere dicitur consensus in jurisdictione, vel explicitus comparet, vel implicitus, qui in contumacia inesse dicitur, cum iste sit unus de effectibus contumaciæ.

Idem quoque clarè comprobatur communis, & inconcussa rotius Orbis Catholici observantia, quæ apta est inducere competentiam, etiam ubi de jure non adesset, ut ex Hostien. bene Felin. in dicto cap. cum venissent, num. 7. de iudicis, Purium enim Cathedralium, & Metropolitanorum redditus in Italia, ferè omnes consistunt in canonibus, livellis, & laudemis bonorum emphyteuticorum, seu feudaliurn, ut sunt præsertim Ecclesiæ Ravennatium, Mediolanensium, Bononiensium, Mantuanæ, & similes, ac Abbatiæ Nonantulanæ, & Farnensium in Hispania tam magni illarum Ecclesiarum redditus consistunt in decimis, & primitiis; Et tamen causæ super obligatione, vel respectivè exemptione decimarum, sive super devolutione bonorum feudaliurn, vel emphyteuticorum, aut super solutionibus canonum, & laudemiorum, in prima instantia sunt eorum ipsi Ordinarii, eorumque curiis, & officialibus.

Quod observabam ad literam probari per tex. in cap. venerabili, & cap. procuraciones, de consensu, in quibus sumpuntur Episcopi competentia super jure visitandi Monasteria, etiam extra dioccesim, & exigendi procuracionem, quæ dicit ad ipsius Episcopi pro tempore commodum, non inde tamen dicitur causa propria, quia ejus substantia, & perpetua pertinentia est Ecclesiæ.

Idemque quoque nimis clarè comprobante ratione inconvenientium, & absurdorum, quod scilicet Episcopi, pro exigendis eorum redditibus, ac percipiendis fructibus bonorum à colonis, & redditibus, propriam jurisdictionem exerc-

exercere impediti, cogentur Metropolitanos, vel alios superiores, & iudices adire, quo nil absurdius; Unde propterea, loquendo cum solo sensu veritatis, dicebam dictas propositiones in contrarium ponderatas videri nimium perniciosas, ac Episcoporum, & Prælatorum jurisdictioni, & existimationi præjudiciales, nam ita quilibet posset eos contemnere, ac bonis, & redditibus Ecclesiæ spoliare.

Ceterum quatenus pertinet ad præsentem casum particularem, cum Baro laicus cum ejus laicali auctoritate quandam violentiam Ecclesiæ ac Episcopo intulisset, exigendo de facto ex fructibus suorum bonorum omnino laicale. Tunc non solum, ubi nulla accessit recusatio, sed ea etiam accedente, & spreta, ad censuras procedi potuisset, quamvis hominis, & non legis, ex ratione superius insinuata, quod tunc Episcopus procedere dicitur, potius tanquam pars se defendendo, ac vim vi repellendo cum armis Ecclesiasticis, quam tanquam iudex, juxta magistralem traditionem Innoc. in d. venerabili, de cons. nu. 5. circa fin. idemque per eadem verba casum Hostien. in d. procuraciones, eod. tit. num. 7. & sequitur Turrelet. & Præposit. in c. si quis erga 2. q. 7. in fine, Butt. & Abb. in d. cum venissent de iud. nu. 10. Lap. d. alleg. 37. Calder. d. conf. 6. de iud. Ricciell. de jur. person. d. lib. 4. c. 61. n. 2. cum seq. Fagnan. c. n. 18. de elect. n. 20. & d. c. procuraciones n. 28. cum seq.

Idque five cum subdito, five cum non subdito, quoniam ut supra insinuatum est, defensio adhibenda est cum omnibus, ac magis cum non subditis utpote minus reverentibus, ac facilioribus ad hujusmodi violentias, & perturbaciones inferendas. Consideratio autem, ut non agatur de subditis, vel non subditis, percutere solum videtur effectum facilioris probationis, & possessionis, in qua Episcopus perturbatur, quoniam certum est id procedere cum præsupposito, quod licet in possessione, in qua molestias recipiat, cum hoc defensionis remedium concedatur ad se tuendum in possessione, quæ obtinetur non ad recuperandam eam, quæ non habetur, juxta communem sensum canonistarum, de quibus supra, & aliorum; Unde quoties præsertim agitur de possessione jurisdictionis, vel alterius juris incorporalis, juxta casum text. in d. venerabili, de consensu, quia nempe agatur de jure visitandi Ecclesiam, seu personas in diocesi, cum iure exigendi procuracionem, sicut agatur in altero ubi existentia in isto casu militantis, non autem in altero ubi extera defectum, & cum non subditis, ut ex eodem Innoc. & alii Fagn. in d. c. procuraciones n. 39. Et sic ad effectum facilioris, vel difficilioris probationis possessionis, de qua tuenda agatur.

Adversus istud fundamentum, duo movantur in secunda decisione, sive verius discursu 16. Novembris 1667. Primo quod id procedat cum dicto præsupposito possessionis, de qua non videbatur constare; Et secundo quod intelligatur, quatenus procedatur extrajudicialiter, secus autem in forma judiciali juxta communem sensum eorumdem canonistarum, de quibus supra. Et de utroque dubitari videtur, dum exactio facta non erat ab ipsa Ecclesiâ, vel Episcopo, sed ab affectuatis, seu affidatis in tractatoribus animalium in eo territorio ad pasendum. Atque processum videbatur in forma judiciali, quoniam previa instantia promotoris fiscali, Vicarii Generalis, cum præcedenti justificatione de non tuo accessu, per edictum civitatis Baronem, ejusque Ministros, & Officiales, ad dicendum intra certum terminum causam quare non deberet declarari excommunicati &c.

Utique tamen difficultas parum subsistens videbatur, non ex jure, sed ex factis; Non negabam enim veritatem utriusque præsuppositi juris, quod sc. Episcopus debeat esse in possessione, quodque ipse, vel ejus Vicarius, unum, & idem Tribunal constituitur, in forma extrajudiciali potius procedat, quoties præsertim agitur de subtrahendo actu, reculatione non obstantè, negabam verò applicationem ad factum.

Quatenus enim pertinet ad primam difficultatem, proffus ab omnium videtur, Ecclesiam, quam non dubitatur aliquid prædium, seu rem in dominio, & possessione habere, tenent iustificare possessionem suam exemptionis, & libertatis ab oneribus laicalibus, quoniam ista probato adesse dicitur per speciem notorii juris, donec per laicum prætendentem contrarium id probetur cum illis requisitis, de quibus in celebri Brundusina gabelle cor. Penia inter suas dec. 1079. & in alia magis celebri Alben. gabelle coram Merlino inter suas dec. 902. de quibus in Hydruntina, & in Mediol. Imbotatus, & in aliis sub tit. de regal. ad materiam Vestigial. & gabelle. Quod se. effectus omnino reale, fixum, &

invariabile transiens cum ipsa re ad quoscumque possessores, 27 etiam exemptos, sive quod idem juris competat ratione domini directi, quia dominium possessoris est subalternum ad quædam fructuum species tantum restrictum juxta casum, de quo infra in Tarentina d. 66. habetur etiam in dicta Hydruntina; Sed quia hoc non præsumitur, atque Ecclesiæ assiluit certa regula generalis super libertate, & exemptione, limitanda solum in dictis casibus; Idcirco incongruum est dicere, ut qui habet fundatam intentionem in regula, teneatur probare non limitationem, cum de jure propositio sit in contrarium ex deduct. per Mant. dec. 251. n. 4. Barbol. axiom. 19. & passim; Atque esset assumptum Ecclesiasticæ immunitati nimis præjudiciale; Nil obstantè quod exactio facta esset à laicis introductoribus animalium, quoniam cum isti pro hujusmodi paucis de certa pensione, seu fida convenissent, absque eo quod ad aliud teneri deberent, nil eorum intererat quantitatè ex dicta causa solvendam, uni magis, quam alteri præstari, Unde propterea exactio directe, & immunitate percutiebat ipsam Ecclesiam, ita supportantem onus laicale, ac patientem diminutionem fructuum ejus bonorum; Dicta enim consideratio exactiōnis onerum à colonis laicis, procedit, ubi agitur de illis oneribus quæ exiguntur à personis subditis ratione personarum, sive etiam ratione bonorum jam effectorum de proprio dominio, & cum eorum patrimonio incoorporatorum, quamvis inspecta causa, seu origine obveniant à portione colonica bonorum Ecclesiæ, juxta ea quæ pluries habentur deducta in dicta sua materia gabellearum, & vectigalium sub tit. de regal. præsertim d. 52.

Et quoad processum judicalem, adhuc factum non afflebat, quoniam licet potuisset Episcopus, vel Vicarius æquissimo more, vim vi repellendo procedere de facto per censuras, eodem modo quo de facto laicus procederet ad exactiōnem, nihilominus urbanis facere videtur, si citacionem adhiberet, ne de nimia propterantia redarguatur, ut post antiquiores Ricciell. d. c. 61. n. 2. Fagn. d. c. procuraciones. Unde incongruum est retorquere in odium id quod in gratiam alterius partis, & cum majori æquitate ac urbanitate gestum est; Unde propterea, nihil videbatur ex multis istum casum non esse capacem totè difficultatum, præsertim circa defectum jurisdictionis, quia in causa mensæ; Non improbabile tamen postea expertus sum aliam difficultatem super defectu jurisdictionis cum non subditis, & pro bonis extra territorium proprium, ut in Cusentina juris patendi, de qua hoc eod. tit. d. 52. sequent. ubi videndum de dicto puncto.

CUSENTINA PRÆTENSIS JURIS PASCENDI PRO MENSA ARCHIEPISCOPALI CUM COMMUNITATE. AC ALIQUIBUS PARTICULARIBUS TERRÆ NOVÆ.

Causa disputata in S. Congr. Immunitatis.

De eadem materia, disc. præc. An scilicet & quando Episcopus, vel alter Prælati pro defensione bonorum Ecclesiæ, quamvis extra suum territorium, seu dioccesim existentium, procedere valeat ad censuras contra non subditos in possessione dictorum bonorum Ecclesiam turbantes.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 An Episcopus sit iudex in causa sua mensæ.
- 3 An Communitates habeant juris assensuum in jure pascendi, vel potius id competat Baronibus remissive.
- 4 Declaratur quando hæc assensiva procedat, & de materia servitutis juris pascendi.
- 5 Expenduntur sententiæ & probationes dicti juris pascendi.
- 6 Episcopus potest procedere ad censuras contra turbantes in possessione.
- 7 Etiam si turbantes haberent aliquas probabiles prætensiones.
- 8 Quod id non possit fieri cum non subditis.
- 9 Contrarium verius, & de rationibus.
- 10 Expenditur text. in cap. dilectis, de sentent. excommunic. in 6. quod loquatur de turbatione in bonis propriis Prælati.
- 11 Verbum, sumum, denotat dominium & proprietatem.
- 12 Prælati neque in possessorio præjudicare potest Ecclesie.

- qua obtinet reintegracionem, vel etiam manutentionem, non obstante facto Prælati.
- 13 De differentia, quando turbatio est in bonis propriis Prælati, & quando est in bonis Ecclesie, ut procedatur contra non subditum, & de prorogatione jurisdictionis ob offensam iudicis maiestatem.
- 14 De differentia temporis antiquæ, & modernæ in hac materia.
- 15 De legatus non bene procedit non insertis litteris delegationis, quod declaratur.
- 16 Quando male excommunicatus, adhuc non debeat audiri, atque pro excommunicato haberi.
- 17 Male carceratus bene retinetur.
- 18 Sententia nulla, sed iniusta unico contextu infirmatur, sed confirmatur ex integro.

D I S C. XLVIII.

Iuxta seriem, de qua in hac eadem causa subtit. de feudis disc. 34. Cum Ecclesia Metropolitana Cistentina ex antiqua concessione Principum Normandorum, confirmata deinde per Reges pariter Normandos possideret in alio loco Oppidum S. Lucidi. Rex autem Alphonsus Secundus illud cuperet sub eius pleno dominio, quia non expedit Regis desiderio se opponere quoties præsertim Ecclesie in demerita consilium remanet. Idcirco de anno 1494. cum beneplacito Apostolico in forma si in evidentem, illud permutatum fuit cum tribus tenentibus, vulgo in regione curvis nuncupatis, sitis in diocesi Rossanensi, quæ prius de dominio Principis Bisiniani, tunc possidebantur per Regem ex causa publicationis bonorum dicti Principis imputati de crimine læsæ maiestatis; Cum autem cives, & incolæ Oppidi Terranova, in cuius territorio sita est una ex dictis tenentibus nuncupata Saeveta, prætenderent in ea habere jus pacendi cum eorum animalibus, Archiepiscopi pro tempore, quia per Regem dicta tenentia concessa fuerant francæ, & liberæ ab omni onere, & servitute, curantur se tueri in huiusmodi libertatis ac pleni domini possessione, cum majus earundem tenentiarum emolumentum consistat in venditione pacuorum hyentalium, quorum valor vere in totum pendet à jure privato, seu prohibendi, ne alii animalia immittere possent. Cumque modernus Archiepiscopus suspicaretur, præfatos cives, & incolæ, ipsa Communitate assistente, velle de facto dictam eorum antiquam præsentationem suscitare, atque in ea se conservare, curavit obtinere ab Alexandro VII. facultatem per litteras Apostolicas in forma Brevis, procedendi ad censuras alique necessarias, & opportuna etiam contra non subditos, Ecclesiam, seu mensam Archiepiscopalem in huiusmodi tenentibus, aliisque bonis perturbantibus. Quare sequo de facto suspensionis casu, quia dicti Oppidani animalia immiserunt, conductores ac afflatos perturbando. Hinc propterea Archiepiscopus, seu eius Vicarius, ipsos declaravit incurfos in censuras per sacros canones, & Apostolicas Constitutiones inflictas contra occupatores, & perturbatores bonorum Ecclesie: Censurati autem diu diversas vias eodem tempore tenuerunt. Unam recursum ad Regia Tribunalia, ubi preteritum cuiusdam litis pendentie in eis, five quod huiusmodi tenentia prætenderent feudales. Alteram vero Appellationis ad Auditorem Cameræ; Adversus quam eandem viam recursum Archiepiscopo ad Sacram Congregationem Immunitatis pro reactivatione causæ, assumptaque proinde disputatione, an dictæ censuræ per ipsam Sacram Congregationem, & cum eius autoritate subsisterent deberent.

Ex parte Censuratorum, & Communitatis eis adherentis, pro eorum infirmatione tria opponebantur. Primo, quod cum huiusmodi tenentia essent feudales, cognitio istius controversiæ spectaret ad Regem ejusque Tribunalia iuxta dispositionem textus in cap. ex transmissa, & cap. sequi de foro competenti; unde propterea licitus fuerat recursum. Secundo, deducebant nullitatem ex eo jurisdictionis defectu, quod Archiepiscopus non poterat esse Index in causa propria mensæ, ut toto titulo in rubro, & nigro Codicis, ne quis in sua causa, &c. Fundamentum consistendum in iis, quæ puncticulatur in consimili casu de recenti firmaverit Rot. in Cotroneo. censuratum 4. Maji, & 16. Novembris 1667. coram Carpino, ut habetur disc. præced. Et tertio, demum ex altero defectu jurisdictionis, de quo pariter in eadem Cotroneo, quod feli. bona essent extra diocesim, ac etiam personæ essent non subditæ, & de aliena diocesi, ideoque nullum jus dictus Archiepiscopus habebat procedendi ad huiusmodi censuras.

Primum obiectum, quamvis primo aspectu aliquam fa-

ceret impressionem, attamen me pro Archiepiscopo sententia, de facili superatum fuit, quoniam revera qualitas feudalis non adest, neque agebatur de controversia feudis, quo solum casu ditorum canonum dispositio procedit ex iis, quæ super hac eadem causa habentur in propria sede, sub tit. de feud. d. disc. 34. Alterum vero super defectu jurisdictionis ex eo quod ageretur de bonis mensæ, omnino neglectum fuit, dum nulla concurrebat recitatio, unde unanimi consensu reparatum disputatione indignum ex eisdem rationibus & fundamentis, quæ super hoc puncto habentur in dicta Cotroneo. disc. præced. quæ pariter deducebam, in ista causa, fere modicum, ac fere nullum desuper pati oportuit laborem, cum per omnes haberetur pro casu indubitato.

Quare tota disputatio fuit super tertio motivo, in quo magna habita fuit difficultas, ad eum ut pluries propozita causâ, nullæ capta fuerit resolutio, ex quibusdam tamen prudentialibus motivis potius dilata, cum alias Sac. Congregatio, saltem pro majori parte inclinare pro nullitate ex dicto defectu jurisdictionis, Sed me & alios pro hac parte scribentibus in ultima disputatione convincerent probantibus, & inculcantibus, quod postea pacifica Ecclesie possessione, ejusque perturbatione de facto, revera dictum obiectum non subsisteret, atque è converso cum per alteram partem mordicus insisteretur in negatione huiusmodi circumstantiæ, quod scilicet ageretur de usurpatione, seu perturbatione de facto, Idcirco prudenter in dicta ultima disputatione ad hoc restricta fuit difficultas, ut scilicet huiusmodi pacificæ possessionis justificationes darentur, atque in hoc statu causa reperitur, Unde cum ex parte agentium pro mensa Archiepiscopali præsupponatur, talem esse certam veritatem, quodque iidem Oppidani, ipsaque Communitas quandoque dicta pacifica & tenentis conduxerint more forensium & pro eodem consueto pretio, Hinc proinde mihi videbatur, reflectendo etiam ad solum veritatem, ista facti circumstantia retenta, pro hac parte dictarumque censurarum subsistentia probabilis respondendum videri.

Due igitur fuerunt huiusmodi dispositionum inspectiones. Una facti super dicto jure pacendi, quod per præfatos Oppidanos præterdicitur. Et altera juris, an scilicet post dicta usurpatione, seu perturbatione de facto, ponitur Archiepiscopus contra non diocesanos, & non subditos, ac pro bonis extra jus diocesim existentibus, ad dictas censuras devenire.

Quatenus pertinet ad primum, scribentes pro Communitate, ejusque Oppidanis, tria constituebant fundamenta pro hujus præfati juris pacendi, ejusque possessionis justificatione ad dictum effectum excludendi turbationem de facto. Primo, in assensu iuribus, quam dicebant Communitates, & cives habere in pacuis bonorum existentium in eorum territorio, ex iis que in hac materia juris pacendi habentur pluries deducta sub tit. de servitutibus. præsertim in Spoletana disc. 41. & in aliis sequi. quod primo aspectu magnam fecit impressionem.

Verum id continet æquivocum clarum, in sequentibus disputationibus recte agnitus, ideoque de hoc motivo nulla ratio habita fuit; Dicebant enim id recte procedere in pacuis, forestarum, montium, aliorumque bonorum campellium, communi, seu publico pacuorum ubi destinatum, seu deservientium in ea parte, in qua excedit civium, & incolarum usum. Tunc etenim intrat questio, an illa in dubio præsumantur Baronis, seu Domini loci, vel Communitatis, & quoniam coram habeat juris assistentiam, perlitque ut supra tenentibus partes Domini, ex iis que pro utraque sententia habentur insinuat in Comaceni. sub tit. de feudis disc. 2. ac etiam in Amerina disc. 36. & in aliis sub d. tit. de servitutibus. ad hanc materiam juris pacendi. Secus autem quoad tenentias, & præfata privatorum, quoniam juris regula est, ex pluribus liberalibus iuribus comprobata, quod herba, quæ in meo nascitur, mea est, neque alter me invito, & non solum pro tempore depasci potest, nisi iuris pacendi servitus ex titulo explicite, vel ex implicito resultantis præscriptio competat, ut plene firmatur in Namente. juris pacendi coram Verolipio dec. 200. p. 9. rec. ubi quod iuxta magis communem opinionem, quam Rota, & Curia sequitur, cum agatur de præscriptione habente causam discommuniatam, requiritur tempus immemorabile, ac habeatur pluries actum in sua materia sub tit. de servitutibus, ad materiam pacuorum, præsertim in Nepefina collectæ, & in Paterni. juris pacendi. Solumque, reflectendo ad veritatem, considerabam, quod quando de aliqua recenti, & actuali possessione

sione constaret, tunc ad excludendam usurpationem, seu probationem, supererat punctus questionis, intraret quædam juris assistentia, non pro Communitate iuxta dictas auctoritates diversam questionem ut supra percutientes, sed pro ipsis civibus & incolis in ordine ad illam consuetudinem, quæ jure, seu usus naturali quodammodo innixa, illis tribuit facultatem depascendi in tenentis, & fundis apertis, quæ sepium, vel murorum relictum non imbeant, quod tegetibus, vel cultura præjudicium, seu impedimentum non reitulerit, quodam jure civico, & naturali, atque jure consuetudinis potius quam præscriptionis, ut pluries advertitur in dicto tit. de servitutibus in allegatis causis, & aliis ad hanc materiam pacuorum.

Secundo, ad præfati præfati juris pacendi probationem adducebantur duæ antiquæ sententiæ, una de anno 1518. altera de an. 1542. in quibus, præsertim secunda præsuppositivè enunciatur, atque in hac specie probationis magnum constituebatur fundamentum, Sed revera, inspecta etiam veritate, nullius momenti erant, quoties non concurreret recens, & actualis possessio, quo casu huiusmodi sententiæ rectè deservirent, ac operative remaneret pro dictæ possessionis adminiculo, eodem modo quo supra de consuetudine dictum est. De reliquo enim ille ad nihil in proposito deserviebat. Nedum quia duplex laici contra Ecclesiam non citatum nec auditum, unde juxta jurisdictionis ac citationis substantialis nullitas concurreret, Sed etiam quia enunciati, seu præsuppositivè assererebatur, unde intrant vulgata recepta axiomata, quod verba præsuppositiva non inducunt dispositionem, neque enunciati aliquid constituent probationis speciem, ubi de enunciato principaliter disputatur; Aliam tamen manifesta dicta secunda sententiæ nullitate concurrente, cum lata esset per quemdam iudicem ad supplicationem dicti Principis Bisiniani in gratiam restitui, delegatum à Rege pro eo reintegrando adversus spoliatores ad bona de facto occupata, sub expressa restrictiva ad spolia sequuta ab annis 30. citra, & dummodo non ageretur de alienationibus Regio assensu vallis, quorum utrumque deficiebat, cum Ecclesia possideret hæc tenentias ab annis 50. circiter, & ex titulo habito ab eodem Rege immediate ut supra.

Tertium fundamentum constituebatur in quibusdam testibus parte non citata, atque, ut vulgo dicitur, ad perpetuam rei memoriam examinatis. Sed pariter exclusa obstantia, seu actuali possessione, cum contraria longissima possessione Ecclesie juris prohibendi, ubi etiam dicti testes essent formiter examinati, nil in proposito concludebant, utpote deponentes de fama, & antiquis traditionibus, si per hoc jure pacendi. Ideoque hæc omnia, ut dicebam, deservire poterant ad probandum, quod ista non esset præfatio nova, sed antiqua.

Posta verò pacifica possessione Ecclesie de tempore controversie de plano intrabat turbatio, cuius ratione Episcopus, vel Prælati procedere potest ad censuras per quamdam speciem defensionis iuxta magistratalem doctrinam Innoc. in c. venerabilis, de censib. n. 5. circa finem, quam communiter sequuntur ceteri, de quibus in Cotroneo. disc. præced. Ideoque prudenter ac in eisdem causa restricta fuit ad hunc punctum ultimi status, seu actualis possessionis. Non enim ex eo quod aliquis, etiam probabilis, beneque fundata præfationem habeat ad bona per alium possessa, sequitur quod ei licentia tribuenda sit, de facto ac propria autoritate se intrudere, ac pacificum possessorem perturbare, nam debet fer. ser. coram possessoris iudice competente ejus jura experiri, alias semper erit spoliatus, & illicita turbatio.

Ideoque ubi turbatores essent subditi, & diocesani, præsupposita hæc facti circumstantia, nulla videbatur esse difficultas super dictarum censurarum validitate. Unde tunc punctus reflectebatur ad defectum jurisdictionis, quia cum non subditi, & pro bonis extra territorium: Dubitandi autem solummodo præbebat originalis auctoritas Innocentii in c. de testib. de sent. excomm. in 6. n. 2. ubi profert hæc verba. dummodo tamen spiritalis gladius non exerceatur, nec pro sua nec pro aliena injuria, nisi contra homines sui jurisdictionis, naturam tamen defensionis pro se, & aliis bene posse exerceri etiam in homines ejusdemque jurisdictionis, cum eo simpliciter, ac non examinato articulo pertransente Joan. Andr. Anchar. Gemian. ibidem ac alij relati per Cavalcan. dec. 28. p. 1. n. 39. Ricciulli. de jure personarum, lib. 4. cap. 61. num. 35. & per Rosam in dicta Cotroneo. censuratum 4. Martii, & 16. Novembris 1667. coram Carpino.

Cum eodem tamen sensu veritatis, cum quo disc. præced. loquebatur in dicta alia consimili questione Cotroneo. Mihi Card. de Luca, Lib. III.

videbatur huiusmodi nullitatem, verè non habere subsistentiam ex duplici fundamento. Primo, quia posita dicta usurpatione, seu turbatione de facto, opus non est ut Episcopus adhibeat spirituale gladium censurarum autoritate sua, ut erat de temporibus, in quibus scripserunt Innoc. Gemian. Anchar. & ceteri, dum hodie per Sac. Conc. Trid. ac Bullam Cœnæ, aliaque Apostolicas Constitutiones, censuræ inflicte sunt iustopore, unde Episcopus, seu alter Prælati eas non profert autoritate sua, sed solum publicat, & denunciat incursum censuratum jam à lege inflictarum, quod etiam cum exemptis, & non subditis rectè fieri potest, etiam si expressum privilegium habeant, ne ab Episcopo, vel altero Prælati excommunicari possint, ut habetur d. disc. præced. & ex professo particulariter agitur in Messanen. hoc eod. tit. disc. 29. ideoque cessabat applicatio questionis percutientes censuras latis ab homine autoritate sua, quasi quod ad hunc effectum jurisdictionis cum censurandis requiratur.

Etsi secundo, quia, cum isto casu agatur de censuris, in forma extrajudiciali magis quam judiciali, & de facto, tanquam per speciem defensionis, iuxta deducta d. disc. præced. Idcirco omnino probabilis, beneque fundata videtur doctrina Ricciulli, qui refert ita desitum per Sac. Congregationem de anno 1619. dicto cap. 61. ex num. 36. ad 45. ubi factis bona deducit fundamenta, illud præsertim, ut dicto disc. præcedenti, nimium convincens, quod ubi major est offensiois facilitas, ibi magis prompta esse debent arma defensionis, & ideo cum sine dubio, facilius exerceri, & non subditi audeant ad huiusmodi turbationes, & intrusiones procedere, quia minus timent eum quem non agnoscunt in Superioriorem. Hinc de consequenti resultat, dictum gladium spirituale ita magis exercibile esse debere, nam alia esset de plano exponere Episcops alioque Prælati huiusmodi usurpationibus, ac turbationibus de facto, ut latus in præcedenti.

Ponderabam præterea occasione hujus disputationis, quod nullibi expressè in jure statuta reperitur hæc distinctio, an facultas, quæ Episcopo, vel Prælati conceditur adhibendi istum gladium spirituale, pro defensione adversus turbationes, & violentias, restitua sit ad solos subditos necne, Desinitur enim dicta facultas ex textu dicto, cap. dilecti, de sentent. excommunicatores 6. ubi de Decano, & sic Prælati inferiori se tuente adversus quemdam Basilium, qui injuriose eum bonis suis mundanis spoliare præsumperat, ejus textus dispositione retenta Innocentius in ejus commentar adhibet distinctionem, ut supra registratam. Sed neque textus, neque Innocentius explicant, an illa bona essent Ecclesie, vel essent propria ipsius Decani. Atque probabilis verba textus in illis verbis, cum bonis suis mundanis spoliare &c. denotare videtur, æquè potius de bonis propriis, & privatis. Tum ex illo verbo, suis, quod dominium, & proprietatem denotat ad textum inscribit Quintus 26. de auro, & argento legatis, cum concordat per Surd. dec. 42. num. 6. & 9. Barboli. dict. 397. num. 1. Greg. dec. 115. num. 6. Rota dec. 326. num. 32. & 33. part. 11. recent. quod convenie non potest in bonis Ecclesie, quorum nec dominium, nec proprietatem Prælati, vel Rector habet, sed solum administrationem, adeoque neque in possessore Ecclesie præjudicare valeat. Unde propterea receptam ac frequentem conclusionem habemus, quod ipso Prælati alienante, vel alias bona in alium transferebant, non bene servata formata, præscripta per extrav. Ambit. de reb. Eccl. non alien. Prælati successore, quinimo & ipsomet alienans nomine Ecclesie, nedum possessorium remedium reintegrandi, fed etiam illud retinende intentare potest, ut dec. 11. 21. 27. 518. apud Postium de man. dec. 94. & 191. p. 7. rec. cum concordat collect. per Postium eod. tract. observ. 57. & postm. Ergo impropria esset loquutio verborum, dicendo de bonis suis, si illa essent Ecclesie.

Tum etiam quia adicit illud verbum, mundanis, quod potissime adjectum dicto altero verbo suis, ad oculum id demonstrare videtur, quoniam bona Ecclesie dicuntur Ecclesiastica, non autem mundana, utpote patrimonium Christi, & pauperum, unde propterea postri dicere solent, quod bona Ecclesie elargita, ita effici dicuntur Sancta Sanctorum ut habetur in Lucana jurisdictionis, seu Imperii sub tit. de feud. disc. 60. Quamvis enim quandoque Canones ageant etiam de bonis Ecclesie adhibere solent hunc terminum, & vocando ea temporalia, seu mundana, attamen id sequitur, ubi ratio recti sermonis ita exigat ea contra adtingenda à spiritalibus, quod hujus textus dispositioni non congruit. Idemque ad evidentiam comprobari videtur ex eisdem verbis

verbis Innocentii supra registratis, ibi nec pro sua, nec pro aliena iniuria, & sic pro offensa, vel turbatione personali, & propria, non autem ratione Ecclesie, vel Prælatuæ.

13 Magna verò differentia videtur inter unum casum, & alterum, Ubi enim offensa, vel turbatio est in persona, vel bonis propriis, tunc ille subditus, ita etiam proprium Superiorem spernit videtur, eique non servare illam reverentiam, quam generaliter etiam in rebus propriis, vel in differentiis subditus, Superiori, seu diocæsano proprio Episcopo debet, ac propterea eundem gladium spirituales exerceat conceditur: Sed ubi fit à non subdito, tunc cessat hæc ratio quoties offensa, vel turbatio est privata, secus autem ubi est publica ratione Ecclesie, & Prælatuæ; quoniam tunc intrat illa jurisdictionis prorogatio, quæ resultat ob offensas aures, seu turbatum iurisdictionem, tunc non subditi, seu alias quantumvis exempti, sicut subditi, ita excepto casu incapacitatis Magistratum secularium cum clericis (quod neque secularis ita pacificum relinquunt, non detur exemptio quantumvis ampla & privilegiata, quæ isto casu suffragetur, ad notata per canonistas in c. 1. de off. delegati, & c. i. in l. i. in l. addit. c. 1. ad Sacros. Ecclesie, cum concord. per Farinac. q. 114. n. 67. cum sequentibus conf. 132. lib. 2. ac habetur in d. Adm. in d. 20. ac etiam in Anglonen. d. 36. Potissimè quæ neque rextus prædictus distinguit, an ille Bajulivus esse subditus Decani necne.

Ideoque pro meo iudicio hæc difficultas non videbatur adeo magna, qualem in d. Cotronen. & in ista sum expertus, quoties agitur de violenta turbatione, vel usurpatione bonorum ipsius Ecclesie, quoniam profusus incongruum videtur, ut Episcopus, qui jam habet in manibus istum gladium spirituales, ita cogendus esset, quod lædatur, retinere gladium proprium in vagina, atque patiendum injuriam, quam alias ita incontinenti prolapsus posset, alterius opem implorare, ut ille cum suo gladio eum tueatur, dum idem esse utriusque gladii effectus; Ac etiam quia in sensu antiquorum canonistarum ista non dicuntur censurae judiciales, & in ratione jurisdictionali, sed extrajudiciales, & in ratione defensionis de facto. Clarius verò flante super ista infirmata circumstantia per antiquos canonistas non ponderata, quod scilicet hodie ob huiusmodi casum opus non est devenire ad censuras hominis, dum habemus censuras legis, quodque Episcopus, vel alter Prælati non excommunicat iure & autoritate sua, ut tunc supponunt Innoc. & ceteri faciendum esse, sed folum denunciari, & publicat censuras jam à lege illatas.

15 Demum in hac facti specie ponderabam, omnem difficultatem cessare ex dictis literis Apostolicis præventivè ad huiusmodi dubium evitandum obtentis; per quas expressè conceditur facultas procedendi ad censuras, etiam contra non diocæsanos, & non subditos; Et quamvis istud motivum non haberet plausum, ex eo quod delegatus, ubi non agitur de actu gesto in faciem delegantis, ipsoque præente; ut validè procedat, infirmare tenetur citato suam facultatem, inferendo in ipsa prima citatione tenorem delegationis, ad communitè notat in c. cum in v. de off. delegat. Nihilominus mihi videbatur hæc non esse difficultatem considerabilem; Procedit enim quando ille delegatus respectu partium, cum quibus delegatam iurisdictionem exerceat debet, nullam penitus habere iurisdictionem, idque esset omnino certum & clarum, ita rationabiliter citatus, eum tanquam quoad se merè privatum spernere valeat; Secus autem isto casu, in quo ex præmissis, tam ob autoritates Doctorum, quam fortassis ex visis, & solidis rationibus, probabilius dicitur potest hanc facultatem etiam cum non diocæsani exercere debent esse, vel saltem quod id sit probabiliter dubium, ut dicitur litteræ Apostolicæ non dicuntur continere penam, & simplicem delegationem eius, cui nullam aliam iurisdictionem haberet; sed potius quandam iuris dubii declarationem, dicentemque difficultatum remotionem, quodque propterea non vereretur in casu præcisò, in quo dictam cautelam infensionis delegationis adhibere oporteat.

16 Observabam demum, quod ubi etiam censuræ prolata per Archiepiscopum dictos defectus pati possent, Adhuc tamen, remitto dicto facti præsupposito, à quo totum pendebat, ultimus (scilicet status possessionis Ecclesie, unde resultabat usurpatio, seu turbatio de facto, quoad adhuc eadem censuræ sublineri deberent, si videlicet turbatores declarati censurati à lege potius quam ab homine ut supra, dum non agebatur de censuris pro delicto facti transiensis, sed pro illo facti permanentis, quia turbatores continuabant in turbatione, ac usurpatione mediante immisione animalium de facto, ideoque quotidianus erat novus incurtus censuratum;

Dañdo in hoc practicum exemplum, Si enim iudex laicus carceraret clericum, vel aliquem extraheret ab Ecclesia, pro quo actus ab Episcopo non diocæsano, vel à diocæsano cum processu omnino inordinato excommunicaretur, ita ut de stricta iuris censura ille processus esset invalidus. Si tamen dictus iudex recurrendo ad Sacram. Congr., vel alterum Superiorem, non reciperet, sed continuaret in retentione carcerati, usque exaudiendus non esset, sed habendus pro censurato, ob notorium incursum censuratum illatarum à iure ob perseverantiam in delicto.

Ad quod probandum deducebam ea, quæ habemus de male carcerato, quod bene dicitur si conlter incontinenti de delicto, pro quo si non esset carceratus, deberet carcerari de novo, ex deductis per Farinac. q. 27. n. 151. & seg. ubi num. 152. testatur de practi. Et de sententia nulli lata per iudicem à quo, quod si conlter incontinenti de iustitia, illa conlfirmatur ex interio iuxta decisionem Putei 72. l. 63. Seraph. dec. 87. n. fin. & 8. d. ver. tot. Greg. dec. 131. n. 1. & sequens; Et de immisso in possessionem cum processu nullo, quod consistit de eius bono iure, ad evitandum inane circuitum, quoties non oblat positum delictum attentatum, vel illi violenti, datur retentio ex deductis per Seraph. d. dec. 878. Sturd. dec. 45. cum simi ibi, quoniam ille actus perseverantia in delicto cessare facit omnes regulas, nam alias esset delinquendo notorie censuratus ita conlferre; Ideoque concludendum, unica difficultas restringebatur ad factum dictæ possessionis, ex qua resultabat usurpatio, seu turbatio ut supra, qua posita omnino insubsistentem credebam dictam præsentiam nullitatem.

ALGAREN. JURISDICTIONIS. PRO COLLEGIO SOCIETATIS JESU. CUM JUDICE APPELLATIONUM SARDINEÆ.

Casus decisi per Sac. Congr. Concilii pro Iudice.

An & quando à Conservatoribus privilegiorum detur appellatio ad Iudices Judicis appellations, & præsertim ad Iudicem appellationum Sardinæ, Et quatenus detur, An retardet, & operetur effectum suspensivum, Et an sperni possint inhibitiones.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series cum resolutione.
2 A conservatoribus privilegiorum non appellatur, nisi ad Papam, neque ad Legatos de latere.
3 Delegatio strictè ad limites verborum intelligenda est.
4 Conservatores non sunt Iudices.
5 Sed potius vires potentes, & auxiliares.
6 Non debent servare ordinem iudicialium.
7 Conservator privilegiorum Societatis Jesu est etiam Iudex, & quando utriusque, vel unam tantum personam gerere dicitur.
8 Laudatur resolutio unius puncti, ut etiam à conservatoribus appellatur ad Iudicem generalem appellationum.
9 Quod Conservatores veniant etiam sub nomine Iudicum.
10 Ponderatur auctoritas Fagnani super hoc Iudice Sardinæ ac Iudice Cruciate.
11 Quod Conservator possit spernere inhibitionem alterius Iudicis, & quando liceat spernere inhibitionem.
12 Quando à Conservatoribus detur appellatio suspensiva necne.
13 An violenter Ecclesiastica immunitas exigenda onera à colonis Ecclesiasticarum.
14 Privilegia exemptiva decimarum non suffragantur colonis.
15 Immunitas non competit pro oneribus merè realibus, & fixis rei.
16 In possessorio retinenda non queritur de iustitia, vel iniustitia, sed attenditur nudum factum.
17 In materia immunitatis Ecclesiasticæ Iudices Ordinarii appellations non possunt inhibere.
18 An Conservatores debeant obviare inhibitionibus Iudicis appellations, & abstinere.

D I S C. XLIX.

A Temporibus Pii II. ob navigationis difficultatem, ac I periculum, ab Insula Sardinæ ad Urbem, ut illorum Insulanorum gravaminibus conluleretur, conluevit Sedes Apostolica, ad quinqueannium, seu aliud sibi placitum tempus,

pus, aliquem Canonicum Cathedralis, vel Metropolitanæ, seu aliam personam in Ecclesiastica Dignitate constitutam deputari in Iudicem generalem per verba præcisè, appellacionem in casu omnibus Ecclesiasticis, super quibusvis distinctionibus, & interlocutorius sententiis, & gravaminibus, ab Ordinariis, & delegatis, ac Iudicibus uscumque.

Cum autem in hac diocesi Algaren. Insula prædicta: conluevit effectus, quod domini non privilegiati terrarum, eas propria manu, vel sumptu colentes, ex tritico aliisque frugibus decimam solverent, pro medietate Episcopo, & pro medietate Comitum de Sedillo hoc jus obtinenti ex concessione Regis Alphonsi primi (id forsitan ex Apostolica concessione obtinentis,) Ubi verò dantur aliis colendæ, ipsorum colonorum onus est ultra portionem dominicalem, seu verius pensionem in certa fructum aliarumque frugum quota, vel quantitate domino præstantiam, quæ ibi vulgo terraticum dicitur, solveere etiam dictam decimam utriusque decimatori respectivè: Cumque ab annis 70. circiter in d. Civitate fundatum esset Collegium Societatis Jesu, cui tam in ipsolime fundationis ab ipsomet Comite de Sedillo & aliis, quam successivis temporibus: ex piis dispositionibus, seu allis titulis, plures tenute, seu terrarum peria obvenierunt; Obfervantia dedit, stantibus privilegiis Apostolicis huic Societati concessis, de quibus deest. 101. p. 10. rec. & frequenter in aliis, super exemptione à solutione decimarum, quod quando Collegium propria manu, vel sumptu huiusmodi terras excoluit, nullam decimam persolverit, quando vero aliis colendas tradidit, exigere consuevit à colonis ad proprium commodum, tam solitam pensionem, seu terraticum, quam decimam prædictam.

Nuper autem quidam minister dicti Comitum de Sedillo, ad dictam decimam exactorem in ista diocesi deputatus, cum brachio etiam & autoritate eiusdem Magistratus secularis de facto in area exegit à dicto Collegio colonis dictam medietatem decimam, seu vigesimam, quare ejusdem Collegii procurator recurrende ad Archiepiscopum Ecclesiæ Cathedralis, suorum privilegiorum Conservatorem jam legitime, ad formam Constitutionis 9. Gregor. XV. deputatum. Hic prævia monitione intra aliquorum horarum spatium facta dicto ministro ad restituendum frumentum, ac ad aliud dicendum causam quare declarari non deberet incursum in censuras contentas in sacris Canonibus, Concilio Tridentino, & Apostolicis Constitutionibus, præsertim Bullæ cæne, contra usurpatores honorum Ecclesiasticorum; si ve exigentes ab Ecclesiis & Ecclesiasticis onera laicalia, cum non competentem, & contumacem declaraverit incursum, Et interposita per ipsum appellatione ad Sanctissimum, ad quod legitime superiores, Conservator prædictus illam admisit ad devolutivum tantum, obtinente per appellatorem literis inhibitionis ab ipso Iudice generali appellationum, sub penali comminatione ad ulteriora non procedendi Conservator præsentens inhibentem in huiusmodi causis non esse competentem, nullamque habere iurisdictionem, non solum inhibitioni parere neglexit, procedendo ad censurarum publicationem, & cedulorum affixionem, sed etiam eundem citavit tanquam suæ jurisdictionis perturbatorem, unde propterea hinc inde unum alterum excommunicavit, ac in alias penas incursum declaravit. Atque utroque Curiam adeunte, cum per Sanctissimum negotium remissum fuisset Sacre Congregationi Concilii Tridentini Interpretem, per istum duo data fuerunt dubia. Primum generale. An sententiis, aliisque gestis per Conservatores privilegiorum appellari possent ad dictum delegatum Apostolicum ad universitatem appellationum in ea Insula.

Et alterum particulare. An dictus Conservator bene vel male processerit, & utroque proposito sub die 24. Martii 1668. protulit resolutio dicto Iudici generali favorabilis, declarando scilicet quoad primum dubium generale etiam à sententiis, aliisque gestis per Conservatores privilegiorum appellari posse ad istud delegatum, eumque in huiusmodi quoque causis esse competentem, cum diffinitione tamen, quod in casu manifestæ injuriæ appellatio devolutiva solum intraret, non autem suspensiva.

Et quoad secundum dubium particulare, quod Conservator non bene processisset in spectum inhibitionis ad censurarum publicationem, stante quod non agebatur de casu manifestæ injuriæ, seu violentiæ, in quo tantum Conservatoribus conceditur facultas ita procedendi, quia tunc appellatio non suspensiva.

In ista igitur controversia Ego scribens pro Collegio; & consequenter etiam pro Conservatore, tanquam Advocatus, quoad dictum primum dubium generale, dicebam huiusmo-

di delegationem non comprehendere Conservatores privilegiorum, ex duplici fundamento. Primum quia iuxta magis communem, & receptam opinionem, à conservatoribus non appellatur, nisi ad Papam, ita neque ad Legatum de Latere detur appellatio, quia dicitur delegatus ipsius Papæ, à quibus proinde non nisi ad delegatum appellare licet, Ancha. dec. 132. Ruin. conf. 3. lib. 5. Moneta de Conservator cap. 9. num. 84. & 185. & conlfirmat dicta in eodem tract. cap. 8. numer. 165. & 169. Barbol. de potestate Episcopali, alleg. 106. num. 4. Pasqualig. ad Laurent. de Franch. rit. de Conservator. q. 6. n. 342. & segg. & ceteri.

Et secundo, quod delegatio de sui natura strictè, & ad verborum limites intelligenda est, ita ut tantum censetur concessum, quantum in ipsa legitur, c. significavit, & cap. 6. de rescrip. cum P. & G. de off. deleg. Glo. in cap. 1. cap. 1. de sententia, & cap. statutum de rescrip. in 6. Greg. dec. 34. num. 2. & 3. dec. 85. num. 1. & 4. part. 6. recent. & omnes. Unde cum litteræ Apostolicæ delegationis loquantur de appellacionibus à sententiis, & gravaminibus ab Ordinariis, & delegatis, ac Iudicibus quibuscumque, & sic de Iudicibus, dicebam proinde, sub hoc nomine non venire Conservatores privilegiorum, quando præsertim non profuerint in vim particularium facultatum sibi competentium assumere partes iudicis, sed remanent in puris terminis conservatorum; quoniam istis in cap. 1. & finali, s. ut autem de officio delegati, in 6. expressè inhibetur assumere partes iudicum, ac se ingerere in iis, quæ iudicalem exigunt indaginem, eorum potestate restricta ad compendendas solum manifestas iniurias, & violentias, quæ contra formam privilegiorum Religiosorum fierent, & eum eodem sensu proceditur per S. Con. Trid. sess. 14. de rescrip. cap. 5. ac habetur per Rotam in Cracovien. decisi 184. part. 11. rec. n. 20. & segg. & alibi. Unde propterea eis prohibuit esse habere Tribunal erectum ex supra deductis in Faventina, d. 4. ita ut tali casu, verè & proprie Conservator dici non debeat iudex, sed potius vir potens, & auxiliator, cum maioribus armis assistens parti, ut se neatur ab iniuriis, & violentiis iuxta terminos textus in l. vi. in v. ff. de iustitia & iure.

Ad quod comprobandum deducebam ea, quæ ex canonicis, in cap. venerabilis, & cap. procuraciones, de censibus, & c. dilectio de sent. excommunicacionis in 6. ac alibi habentur plene deducta in Cotronen. censurarum, & in Cusentina, d. 47. & 48. hoc eod. tit. quod scilicet in casu violentiæ, & perturbationis, licitum est ipsimet Prælato, qui videtur in hoc pars, extrajudicialiter procedere ad censuras, quod videtur per speciem defensionis cum armis Ecclesiasticis, undè distinguitur casus, in quo procedat tanquam iudex, & in quo tanquam pars extrajudicialiter, & in his ultimis terminis esse dicitur Conservator, quando tale officium nudum, & separatum ab illo iudicis gerit.

Unde propterea cum scribentes in contrarium exaggerarent de præcipitanti paucorum horarum, ac penitus inordinato processu, nulla tale iudicaria servata. Dicebam, etiam cum sensu veritatis, quod posita circumstantia violentiæ, & iniuriæ manifestæ, prudenter ita iudicium esset, quodque potius fuisset error procedendi cum tela judiciali, ut bene avertit Innoc. in dicto cap. venerabilis, & sequuntur ceteri, de quibus in d. controu. d. 47. ac etiam Rota in secunda illius causa decisionem, ita ut ex ibidem notatis, urbanitas fuerit transmittere, quamvis cum brevi termino, citationem, que potius suspicionem inducere potest processus judicialis, & successivè influere in nullitatem.

Et quamvis scribentes in contrarium obijcerint de eodem hujus Societatis privilegio contento in dicta Constitutione prima Gregorij XIII. per quod Conservatoribus conceditur etiam facultas adsumendi partes iudicis, & cognoscendi causas iudicalem indaginem exigentes, quod etiam per argumentum à contrario supponitur per Constitutionem 9. Gregorij XV. per quam consimilia privilegia moderantur in illis causis, in quibus Regulares sunt actores; Dicebam tamen, ac etiam in hac parte cum sensu veritatis, nullam adesse implicentiam, quin in eadem persona materiali, diæ concurrant personæ formales, una nudi & simplicis Conservatoris, extrajudicialiter, & de facto procedentis ut supra, potius tanquam pars, seu partis assistens & auxiliator ad defensionem, vim vi repellendo, & altera iudicis, & facultatibus particularibus, contra, vel præter juris dispositionem competentibus ex privilegio iuxta cons. Corin. 15. libr. 3. per tot. cum aliis, de quibus bene apud Ubald. decisi. 239. num. 2. alias 616. p. 2. rec. ubi de hac personarum contradistinctione, Ideoque dicebam dictam delegationem generalem loquentem de iudicibus, complecti quidem Conservatores, quan-

do induunt personam iudicis, atque judicialiter procedunt, secus autem, quando procedendo potius ut pars, nomen iudicis eis non convenit, quia tunc neque conveniunt dicta delegacionis verba, ad quorum limites illa attendenda est ut supra.

Verum reflectendo ad veritatem; premis non obstantibus, quod hunc punctum generale, iusta & probabilis vis est resolutio, quoniam aut standum est in rigore & formalitate verborum, quod semper ego censui damnable, aut in substantia verisimilium voluntatis Papae delegacionis, ut verius, videtur, ex his, quae in aliis materiis ambigue voluntatis desumuntur, praeterit vero & frequentius habentur sub rit. de fidei commissis. Primo casu, quamvis ex praemissis in stricta juris ratione, non sint iudices, quando huiusmodi Conservatores propriam ac nudam personam conservatoris gerunt in casu manifesta injuria, seu violentia, juxta praecitos terminos, cap. primi & fin. de offic. delegati in 6. Attamen per Sac. Conc. Trid. dicta sess. 14. de reform. cap. 5. ac etiam per dictam Constitutionem. 9. Gregor. XV. & alias Apostolicas Constitutiones, adhuc in verbis appellantur iudices conservatores, unde propterea, stante amplitudine verborum dictae delegacionis, dum post expressos ordinarios & delegatos cum dictione copulativa denotante amplitudinem additur, ac iudicibus quibuscumque, ita videtur completi omnes, qui alii in stricta censura sub praecedentibus vocabulis iudicum ordinariarum, & delegatorum, non venient, cum alias dicta verba ampliativa inepta & otiosa essent, quod in literis Apostolicis regulariter attendendum non est.

Idem quoque comprobante rationis identitate, quod scilicet, ob navigationis difficultates, & pericula, a gravaminibus appellari, vel recursum haberi non potest ad ipsum Papam, unde propterea deputatur in ipsa Insula dictus iudex Papae in hac parte Vicarius Generalis. Ac etiam quia profusus absolum & irrationabile videtur, ut ille qui est iudex a sententia Episcoporum & Archiepiscoporum, aliorumque maiorum Praetorum non possit esse iudex a gestis per huiusmodi Conservatores, qui ut plurimum sunt viri privati; Ac alias, si in verborum rigore standum esset, neque hic esset iudex appellacionis, vel recursum a gestis per Episcopos alioque Praelatos extrajudicialiter, quando in proprio bonorum, vel iurium possessione ac fructuum percipiuntur turbantur, quia tunc non dicitur gerere personam iudicis, sed partis se defendentis, ut in allegatis Contron. & Esferin. hoc tit. dist. 47. & 48. & tamen fabula species esset id pretendere, vel asserere.

Considerabant aliqui ex Cardinalibus Congr. deducta per Fañan. in cap. si iudicis de off. legati, ex num. 28. ad finem, ubi tractando questionem in proposito Commissarii Cruciarum, num. 48. supponit iudicis Sardinae auctoritatem etiam supra Conservatores; Et quoniam id asserat incidenter, & praesuppositivè, atque diversae rationes & circumstantiae concurrant in dicto casu per eum disputato, itau revera dicti non possint auctoritas decidens casum, attamen rationes, in dicto casu sibi ponderatae satis insunt. Ac etiam Ego ponderabam satis considerabile videri praedictum licet incidens praesuppositum viri cum tam diuturna praxi adeo versati in Sacris Congregationibus Episcoporum, & Concilii, quarum ante lumen privationem Secretatus fuit, ac etiam successivè in gravioribus Curiae, & Sedis Apostolicae negotiis; Item quia admissa etiam dicta distinctio, quam Ego, & ceteri pro hac parte scribentes deducebamus, duplicis personae formalis in eadem persona materiali concurrentis, iudicis scilicet, & Conservatoris, adhuc admittenda est iudicium huius delegati, ut videat, an iuxta primam, vel secundam personam processum esset, dum iuxta primam eius iudicium intrabat. Ideoque merito & cum iustitia fundamento ita resolutum fuit, atque quoad hunc primum punctum concors fuit omnium Patrum sententia.

Quo vero ad alium punctum particularem, an scilicet iste Conservator, bene, vel male processisset, iste punctus tres habebat partes, unam, an esset competens in ipso negotio principali, qui controversiae occasionem dedit, citando dictum ministum Comitum exactors decimae; alioque in hunc cooperantes, eosque declarando incurios in censuris, Alteram circa processum ad ulteriora, non obstante appellacione. Et tertiam circa processum contra ipsam iudicem appellacionis inhihentem.

Haec tertia pars non merebatur discursum ad effectum subinveniendi gesta; licet enim Ego scribens tanquam Advocatus, posita, juxta praemissa, non comprehensione casus sub delegacione, dicerem ita istum delegatum remanere virum mo-

re privatum adhaerentem perturbatoribus, eosque conservatorem, & consequenter cadere sub eadem iudicacione Conhihentis habetur de off. 109. & 184. part. 11. recepti. Nihilominus revera haec erat subtilitas Advocatorum, quoniam esse non debet in facultate inferioris interpretandi potestatem superioris inhihentis, sperando inhihentem, qua sine iusta, sive iniusta, est timenda, nisi quando defectus iudicacionis esset notorius & indubitatus, in quibus terminis procedunt d. de 109. & 184. part. 11. cum similib. locus ita circumstantia cessante; quia tunc spectat ad superiorem declarare ut d. 2. 5. & 292. part. 11. & septus multo minus assumendo partes iudicis contra ipsummet superiorem & inhihentem, illum excommunicando, ac ad alia pœnas condemnando; unde propterea considerabam superius deducta super non comprehensione casus sub dicta delegacione, solum suffragari debere ad inducendam quamdam probabilem credulitatem excusantem a temeritate redolente delictum positivum & punibile.

Quo vero ad alias duas partes, illarum determinatio pendebat ab eodem principio. An scilicet per dictum ministrum Comitum illata esset violentia & iniuria manifesta, quo posito, concors pariter erat Patrum sententia, appellacionem ad dictum iudicem dari ad solum effectum devolutivum, non suspensa executione. Tum quia ita exigit subjecta materia processus, magis extrajudicialis quam judicialis. Tum etiam quia in huius societatis privilegio registrato in dicta Constitutione prima Gregor. XIII. expressè disponitur, huiusmodi Conservatores ad executionem, appellacionem postposita, procedere posse. Secus autem ubi non essemus indico casu injuria, seu violentia manifesta, quoniam tunc, licet ex eadem Constitutione, tanquam ex particulari privilegio, huiusmodi Conservatores procedere possint tanquam iudices, nihilominus in proposito duplex obibat defectus inevitabilis, unus praecipitanti, seu omnino inordinati processus tali casu necessarij, & alter quia huiusmodi iudicum facultates moderate sunt per dictam Constitutionem Gregor. XV. quando Regulares sunt actores, firmis solum remanentibus eorum facultatibus in iis casibus, in quibus sunt rei.

Super dicto igitur puncto, an scilicet essemus necesse in casu injuria, & violentia manifesta, satis varia fuerunt vota, major tamen pars praevalluit pro negativa, ex eo fundamento, quod huiusmodi decimae exactio facta non esset ab ipsis Regularibus privilegiatis, sed à colonis secularibus; unde propterea, neque Ecclesiastica immunitatis, neque privilegiorum violatio aliqua adesse dicebatur, cum illud remotionem, seu indirectum praedictum quod ex colorum omnibus, vel respectivè exemptione resultat ob invitationem ad concedendum pro majori pensione per Ecclesiasticos considerari solum, etiam in curia per doctos, & iudicatos Praelatos & Cardinales non habetur in consideratione, ex his quae habentur frequenter sub rit. de regalibus ad materiam veltigalium, eorumque exemptionis, praeteritum in Mantuana, dist. 53.

Contrarium vero in hac facti specie ad effectum, de quo agebatur, mihi videbatur probabilius, unde propterea, resolutio in hac parte non placuit, non quidem ex defectu dicti assumpri in genere, sed ex defectu applicationis ad factum. Quoniam iuxta facti seriem initio insinuatam, nil colonorum interit hanc decimam postus ipsi Collegio domino terrarum quam praefato decimario solvi & e contra, cum ipsi, sive uni sive alteri eam solvere debeant, unde propterea exactio praedicta facta per dictum decimatore, directè & immediate percitit interesse Ecclesiae, ac diminutionem consueti percipiendi fructuum ex ejus bonis, itau proprie intrare videatur exemplum traditum per Innoc. in cap. venerabili, de censuris, reassumptum per Hostien. Fañan. & alios c. procuraciones extra eodem; cum in aliis in dicta Contron. ubi scilicet Praelatus impeditur, in ea percipiendi fructuum, vel iurium, in cuius possessionem reperitur.

Licet enim ex quodam usu loquendi in regione, Collegium praestationem ad colonis sub duplici titulo, seu vocabulo exigere diceatur, uno scilicet territoriali, id est pensionis, & altero decimae, utpote loco illius decimae, quam alias coloni non privilegiorum solvunt utque decimario ut supra. Attamen verè, & in effectu, tota est unica major pensio, ita per cessationem alterius oneris decimario adacta, & sic principaliter, directè, & immediate ad exere, non à colonis, sed ab ipso Collegio privilegiato, cum laicali auctoritate & de facto.

Adversus haec, duplex intrabat ratio dubitandi, una quod si ita est decima spiritualis, regulariter Patocho debita, ita ex privilegiis, vel antiqua consuetudine transusa in Episcopum & Comitem, tunc privilegia Apostolica exemptiva suffragantur Religiosis privilegiatis, quando suam manum & sumptu coram bona colunt, secus quando alios locant, seu colenda tradunt, quoniam privilegia non suffragantur assuetudinariis, seu colonis, ut est certum ac receptum principium, de quo hodie non dubitatur, ut pluries in sua materia sub rit. de decimis, potissime quia idem coloni, seu assuetudinarii illam de facto solvunt, unde privilegia utpote concedentia solum exemptionem passivam, non extendenda sunt ad jus activum exigendi decimam ab aliis, adinstar eorum, quae supra hoc eodem ritu. frequenter habentur de privilegiis exemptivis à jurisdictione passiva, non tribuentibus jurisdictionem activam.

Alterà verò dubitandi ratio erat, quod si illud onus non proveniret ratione decimae spiritualis ut supra, sed esset laicale ex auctoritate Regis (cujus tamen contrarium probabilius videbatur ob praesumptionem regulariter in contrarium militantium, ut scilicet in dubio decimae praesumantur potius spiritualiales etiam ob participationem Episcopii,) adhuc tamen tantum onus mere reale ratione domini ipsi bonis infusum, & invariabile transit in quemcumque possessorem quamvis privilegiatum & Ecclesiam, unde propterea, nec immunitatis, nec privilegiorum violatio adesse dicitur, juxta celebres doctrinas in Brundulina gabella coram Merlino inter suas de off. 109. & Alben. gabella coram Merlino inter suas de off. 902. cum aliis, de quibus in Hydruntina exemptionis, seu onerum, & Madolanen. Imbottatus sub rit. de Reg. ad materiam Veltigalium, dist. 50. & 51.

Neutra tamen difficultas in proposito, & ad effectum, de quo agebatur, obstat, quoniam quicquid esset de una, vel altera in petitorio super pertinentia huiusmodi juris decimandi. Attamen certum erat, per tempus notabile, Collegium reperiri in hac possessione, in qua etiam alios Religiosos & Ecclesiasticos reperiri supponebatur, unde propterea non poterat de facto in ea perturbari, vel auctoritate propria, vel deterius cum illa magistratus saecularis.

In possessorio enim non quaritur de iustitia, vel iniustitia tituli, seu negotii principalis, sed attenditur nudum factum possessionis, in qua possessor est manurendus, donec serv. per iudicem possessoris competenter, cum re iudicata, vel tribus conformibus, defectus tituli, seu petitorii detegatur, seu terminetur, potissime vero ubi possessio est temporis considerabilis, quo casu ea est manutentibilis etiam in materiis habentibus jus resistens, neque unquam exceptio boni juris attenditur, nisi ubi est certum, & indubitatum per rem iudicatam, vel confessionem, itau certa sit negativa contraria possibilitatis, seu probationis in iudicio ordinario petitorii juxta propositiones hodie planas & in foro quotidianas, & quae possibilitas in praesenti videbatur satis verisimilis ex eo quod supponebatur ejusdem Comitum ascendente fuisse unum ex fundatoribus, seu beneficioribus, unde potuit hoc jus in limine fundacionis concedi, satis id comprobante observantia; Et nihilominus ubi etiam certum esset dicti Collegii malum jus, injulius possessor dicendus esset, ac praedonis jure censendus, adhuc tamen non poterat de facto & laicali auctoritate in ejus possessione turbari, illaque spoliarī, sed id faciendum erat ser. serv. coram Iudice Ecclesiastico competenti, unde propterea requisitum manifestae injuriae & violentiae, quinimo & illud evidens violationis Ecclesiasticae immunitati sine dubio verificari videbatur.

Et ex qua ultima circumstantia, violationis scilicet immunitatis Ecclesiasticae, observabam in isto casu particulariter dicti iudicis appellacionem inhihentem sperni potuisse, illudque carere jurisdictione, quoniam post erectionem Sac. Congregationis immunitatis Ecclesiasticae, sive ex decretis Apostolicis, sive ex illis ejusdem Congregationis, aut ex inconcussa observantia, certum est, in his materiis, Metropolitanis, alioque iudices appellacionis se non ingerere, sed gravaminum cognitionem privativè spectare ad ipsam Sac. Congregationem, licet de hoc dubitari posset, an procedat extra Italiam. Unde ex pluribus dicta resolutio quoad secundam partem istius casu particulari & inordine ad gesta per Conservatorem contra dictum laicum exactorem, & perturbatorem, reflectendo ad veritatem, non placuit; Nimirum tamen indideret modus Conservatoris non solum procedendo ad publicationem censurarum inhihentem non obstantem, sed etiam excommunicando, atque ad alias pœnas condemnando dictum iudicem appellacionum, ac superiorem

inhihentem satis, noctuit; Illud tamen firmatum fuit, quod ubi agitur de violentiis, & injuriis manifestis, itau Conservator privilegiorum verè & propriè procedat tanquam talis non detur appellatio suspensiva, secus autem ubi aliam inducendo personam, procedit tanquam iudex.

Verum observabam id rectè procedere ad excusandum ab attentariis, vel nullitate executionum, quae ante inhihentem infra tempus datum ad appellandum, vel etiam post interpositam appellacionem facta esset, illamque subinveniam, secus autem quoad facultatem inhihentis, ac obligationem parandi inhihentem, & abstinenti ad ulteriori executione, donec per eundem inhihentem, vel alterum superiorem dicta inhihentio moderetur, ut docet praxi quotidiana, etiam in processibus executivis obligationis cameralis, vel litterarum Apostolicarum, aut possessorii summarii summi mantentionis, cum similibus in quibus appellatio suspensiva sit regulariter prohibita, ex duplici clara ratione, una quia inhihentio sive iusta, sive iniusta est timenda, neque in libito subditi, & inhihentio postum esse debet cum interpretari, aut alias iudicare ut supra, & altera, quia sapius, etiam in his iudicis & processibus executivis, juxta quotidianam praxim utriusque Signaturae, gratiae, & iustitiae, & Camerae admittitur appellatio etiam suspensiva ratione iniustitiae, seu ex alio motivo, igitur expectandum est iudicium inhihentis, vel alterius superioris & interim abstinentium. Atque in hac specie ad superiorem pertinet inspicere an intraret necne termini manifesta injuria, & violentia, itau ille qui sub nomine Conservatoris processerit, personam iudicis potius, quam veri & proprii Conservatoris, ex negotii qualitate gereret, ideoque difficile est iudicium superioris in hoc effugere.

ANNOT. AD DISC. XLIX.

De jurisdictione conservatorum privilegiorum Regularium sub rit. de Regular. dist. 1. 51. & 52. & in Miscellan. Eccles. dist. 1. & in adnot. ad Concil. Trident. disc. 46. ideoque ibi videndus.

TERRACINENSIS JURISDICTIONIS PRO CURIA EPISCOPALI CUM TRIBUNALI VICARII URBIS.

Casus disputatus in Signatura Iustitiae, & credo resolutus pro Curia Episcopali.

De jurisdictione Vicarii Urbis intra districtum, etiam in causis primae instantiae in concursu Ordinariorum loci, & de preventionis inter eos.

Et quid si ipsa Ecclesia Cathedralis sit extra districtum, intra quem tamen sit locus decessus, ubi patrum est delictum, seu alias causa tractentur, An scilicet qualitas districtualis, & distantia, regulanda sit ab ipso loco particulari, vel potius ab ipsa Cathedrali.

S U M M A R I U M.

- 1 Fidei series.
2 Per citationem inducitur preventio.
3 Quis preferatur, ubi unus procedit per accusationem, alter per inquisitionem.
4 An hoc existens in extra districtum sub Cathedrali, quae sit extra illam, cadant sub jurisdictione Vicarii.
5 Oppidum Sermonete est intra districtum & quid de illo sentiat.
6 A iuribus spiritualibus non inferuntur ad temporales, & contra.
7 Vicarius regulatur ab ipsa Ecclesia Cathedrali, cuius iurisdictioni attendenda est.
8 Quomodo consideretur Vicarius Urbis, & in quo fundetur eius iurisdicito intra districtum.
9 An iurisdicito Vicarii correctae sit per Concilium Tridentinum.

D I S C. L.

Attato delicto in Oppido Sermonete huius Terracinae, decessus, Curia Episcopalis per inquisitionem processum formavit contra praefatos delinquentes, quos partes offensus querelantur in Tribunali Vicarii Urbis, a quo pariter eformatus fuit processus. Ortaque controversia super causa cognitione in Signatura Iustitiae, credo eam fuisse remissam Ordinario, ex fundamento preventionis, cui, data etiam cumulativa à dicto Tribunali praesentia intra totum

rum districtum, locus est; Curia enim Episcopalis processerat ad citationem, per quam receptum est preventionem inducit, Farinae, quæst. 7. numer. 56. Carleval. de iudicis, tom. 1. disc. 2. numer. 879. Gregor. decif. 27. & 94. Burat. & Adden. dec. 109.

Et quævis ex parte dicti Tribunalis diceretur sibi magis cognitionem competere stante accusatione partis offensa, nihilominus ubi res non est integra, quo solo casu intrat questio prelationis inter accusationem & inquisitionem. quia processum sit ad citationem, cessat omnis difficultas, ex plenè deductis per Tond. de præv. p. 2. c. 50. num. 9. cum seq. & ita passim servat praxis Urbis, in qua multa adfunt Tribuna- lia huiusmodi cumulativam habentia, quod ubi concurrat citatio realis, seu verbalis, casus remanet extra difficultatem possibilem ex eo quod, quicquid de stricto iure statutum sit, de consuetudine tamen in omni fere delicto proceditur per inquisitionem, ex deductis per Farinae. q. 1. n. 10.

In hac autem disputatione actum quoque fuit de puncto, per Signaturam tamen non determinat, utpote extra causam necessitatem, dum ex dicta preventionem cessabat difficul- tas. An scilicet dicta cumulativa, quæ intra districtum Urbis competit Tribunali Vicarii, in concursu Ordinariorum, alio- rumque Iudicum prime instantiæ, non obstante dispositione S. C. T. sess. 24. de reform. c. 20. locum haberet in isto casu, in quo agebatur de delicto commisso in dicto oppido Sermoneta, quod est intra districtum, dum illud est diocesis Terracinae, cuius Cathedralis est abique dubio ultra 40. milliaria, & sic qualis locus attendi debeat ad effectum incipiendi, an versaremur intra, vel extra districtum.

Et in hoc scribentes pro dicto Tribunali Vicarii deduce- bant firmata in specie in Terracinae. h. d. c. c. m. lxxviii. decif. 1. Quoboni, ubi occasione statutorum de filiis in conditione positæ firmatur tanquam certa huius Oppidi situatio intra districtum, ut in effectu est. Tum à notorio itineris experi- mento. Tum etiam quia etiam de terra Sezze, quæ per plura milliaria magis distat est sub dubio, apud Burat. decif. 326. num. 5. & forte probabilior est affirmativa, cum me dubitante illa Communitas ita attestaretur, ita etiam docente praxi Tribunalis Capitoli, seu Senatoris, unde inferebant casum esse extra quælionem.

Contrarium, etiam cum sensu veritatis, dicebam probabi- lissimum, quoniam à territorio temporali non bene inferatur ad spirituale, vel è contra, ut supra frequenter in Toletana, disc. 1. & in aliis habetur; Unde stant simul, istum locum quoad fines temporales reputari de districtu, cum ad effectum statutorum urbis, quam etiam successiva jurisdictionis Sena- toris & Capitoli cum similibus, & tamen diversim esse quoad fines spirituales, metuentes ex situatione ipsius Ec- clesie Cathedralis, cuius diocesis dicitur territorium con- stituens corpus individuum, quod diverso iure censi non debet, unde propterea magna differentia est inter unam, & alteram jurisdictionis speciem.

Quod clare comprobari observabam ex dispositione Sac. Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 9. occasione jurisdictionis, quæ delegatur in locis Nullius Episcopo viciniore, quia vicinitas ex Concilii contextu regulariter ab ipsa Ecclesia Cathedra, non autem à loco, in quo casus contingat, firmant Barbof. in collectan. ibidem, nu. 4. & Fagnan. in cap. nullus, de Parochis, nu. 25. ubi testatur ita decisum per Sac. Congrega- tionem, atque ita passim servat usus.

Dicebam ulterius, Vicarium urbis non considerari tan- quam Vicarium Papæ uti Papæ & Episcopi Ecclesie univer- salis, sed solum tanquam Episcopi urbis, ita contradistin- cti, juxta ea quæ de hac distinctione habentur firmata in Ro- mana hereditatis 28. Aprilis 1659. cor. Melio decif. 62. post collationem Bononiæ, de qua habetur actum pro illis de Rocchis, sub tit. de fideicommissis, & habetur magis ex pro- fecto tractatu infra, sub tit. de præemin. in Urbinate. Juris metropolitana, disc. 1. ubi quod hic districtus reputatur tan- quam species distinctæ huius Episcopatus, quem incongruum videretur esse sine diocesi, atque habere fines adeo restrictos intra agrum Romanum, itaut Episcopi intra huiusmodi am- bitum existentis, speciem habere videantur. Coadjutorum & Vicariorum subordinationum, abique eo quod intrat in- comparabilibus, seu monstrum, de quo in cap. quoniam in ple- risque, §. prohibemus de off. ordinarij dandi scilicet duos Episcopos in eodem territorio, non detur monstrum duorum ca- pientium in uno corpore, cum id procedat, quando ambo præ- sident capitis seque, & omnino independens, itaut qui- beret capitis seque gerere velit in eodem corpore, secus autem compatibiliter & subordinatè, ut frequenter hoc sit. Quæ ratio adaptabilis non est, ubi Cathedralis est extra hu-

iusmodi districtum, seu ambitum, & consequenter intrat dicta incomparabilibus, seu monstrum.

Motivam quoque de incompetencia hu'usmodi cumu- lative etiam intra districtum, quasi quod illa proveniret ex Constitutione 36. Pauli III. cui proinde derogatum fuit per generale omnium oblatarum derogationem contentam in Sac. Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 20. ut causa omnes in prima instantiâ per locorum Ordinarios cognosci debent, & cum quo presuppósito processit Signatura in una Faten. de mente Novemb. 1646. proponente Dondino; Ve- rum, reflectendo ad veritatem, illud motivum non videba- tur tutum, quoniam dicta cumulativa non videtur esse ab aliquo particulari privilegio, sed à dicta ratione juris dice- ciani, quod forte præterit post probati etiam ad centum milliaria, quantum importabat antiquus urbis districtus, ut in dicta Urbinate. disc. 1. sub tit. de præemin. iuris, quasi quod moderna restrictio ad 40. m. p. facta per Statutum circa tem- poralia, attendi non debeat quoad spiritualia, super quibus Senator & Populus non poterat se ingerere, sed quia obser- vantia est in contrarium, unde tacita Papæ voluntas & ap- probatio extende resultatæ videtur, idcirco illa dividenda non est, firmo tamen remanente dicto antiquo ambitu, seu dis- trictu, saltem in ordine ad territorium provinciale, seu me- tropolitanicum, ne licet intra illud alter Metropolitanus existat juxta ea, quæ habentur in dicta Urbinate. juris Me- tropolitici; Unde propterea credebam, rectè subsistere illam cumulativam intra modernum districtum, respectu tamen illarum diocesium, quarum Cathedralis intra illum situm, itaut earum Episcopi congruat dicta ratio subordinationis, qua posita dari etiam potest cognitio causarum ultra districtum ambitum respectu locorum diocesis, quæ magis distant, & sic ita restricta, ita se habet ad lucrum, ac damnum respectu, quæ omnia discursivè deducebantur, & in ratione motivandi; Hucusque tamen occasio non dedit id formiter disputandi, ac maturum iudicium desuper efformandi.

ANNOT. AD DISC. L.

De districtu Urbis, de quo agitur in hoc discursu, occa- sione aliarum controversiarum prophanarum, agitur pluries sub tit. de regal. disc. 72. & 94. & in spiritualibus in jam citato disc. 1. de præemin. & in Miscell. Eccles. disc. 1. & in relat. Curie Romanæ, disc. 2. occasione agendi de diversis perionis formalibus, quæ concurrunt in eadem materiali per- sona Papæ.

In prælati tamen locis non descenditur ad hanc speciem mixtam, quod scilicet Ecclesia Cathedralis sit extra distri- ctum modernum quadraginta milliarium in circuitu, Oppi- da verò, seu loca, in quibus contingant casus, sint intra.

Quævis autem in discursu scripsimus pro negativa, ex ea ratione, quod vicinitas regulanda est à situatione Cathedra- lis, tanquam à capite, seu corde corporis Diocesis, em- ptemque sensum etiam pro veritate habere; Matutius tamen reflectendo ad punctum, non modica mihi superest ratio du- tandi, ex duplici ratione; Primò nempe, quia non implicat, ut in aliquo ejusdem Diocesis loco, alter Prælati, quamvis inferior, etiam privativam, multo verò magis cum- ulativam jurisdictionem habeat cum Ordinario Diocesa- no, ad terminos text. in cap. auditis, de præf. cum concordanti- bus, de quibus supra, disc. 1. cum plur. seqq. Ergo multo magis id acquirere potest Vicarius Papæ, cum ita non refutat Sponsus ejusdem Sponsæ, cum id procedat quando dandi est duo Episcopi, vel Prælati, coequali jure in Cathedrali, & in universa Diocesi, sensus autem ubi agitur de juris- dictione restricta ad certum locum, vel certam territorij par- tem, ut in præfenti sequi dicitur.

Et secundo, quia ut etiam in discursu, ac alibi insinuatur non bene arguere licet ab illis, quæ generaliter in omnibus aliis Orbis Diocesium in jure statuta sunt, ad hunc distri- ctum, seu circumdarium Urbis, quoniam in effectu est Die- cesis Episcopatus Romani, cum quædam specietate non in- congrua in eo Episcopatus, qui est annexus Papati, quod scilicet intra eandem Diocesium habeat plures coadjutores Episcopos quoque dignitate præditos, inter quos quedam distribu- tio partium ejusdem Diocesis facta sit, ut ita quilibet cono- scat quid sibi commisit sit; Ideoque nil prohibet, quin Episcopo alienæ Diocesis adjacentis, ac hantis de per se inde- penderet ab Episcopatu Romano, Papa commiserit guber- nium alicujus partis sibi adjacentis territorij.

Clarius verò quoniam, ut advertimus, ad disc. 1. h. d. c. d. n. r. ac etiam, ad disc. 72. & 94. de Regal. Districtus spiritualis id est

Dice-

Dieceps Urbis est milliarium centum in circuitu, suble- quita verò immutationes, & præsertim ultima facta per Sta- tuta Urbis, quæ laicalia potius censentur, non alterant sta- tum Diocesis, ex pluries insinuata certa propositione, quod à snibis temporalibus inferre non licet ad spirituales, & è contra, ideoque etiam ipsa Civitas, totaque Diocesis ista extra ambitum quadraginta milliarium est de hac Die- cesi, ejusque pars.

Et licet de usu recepto stylo Cardinalis Vicarius, qui Papæ vices in hoc Episcopatu gerit, & implet, non exerceat suam jurisdictionem, nisi intra hunc modernum ambitum, seu dis- trictum quadraginta milliarium; Aramen id provenit, quia Papæ placuit ejus Officialis potestatem ita restringere, ea in restanti territorio sibi remanente.

Ad idem conferre videtur ea, quæ habentur in Vastonen- sub tit. de benef. disc. 27. in proposito concordatorum Gallie, quod scilicet non impetret, ut ad certos effectus, una, & eadem Diocesis diversæ sit qualitatis, & naturæ; Nimirum tamen in hoc observantia tanquam bonæ interpreti defen- dendum videtur.

BONONIENSIS CENSUS PRO LUDOVICO DE MARTELLIS CUM ALBERTO ET FULVIO DE GRASSIS.

Causa disputata in Signatura Justitiæ quoad hunc punctum non resoluta.

De jurisdictione Cardinalis Legati in prima in- stantia quando intret, & an etiam in casibus, ad quos eius facultates non extenduntur, sit proroga- bilis de partium consensu in præjudicium Or- dinarij, & de materia prorogationis jurisdic- tionis iudicis alias incompetens.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Causa in prima instantia cognoscenda coram locorum Or- dinariis.
3 Bononiæ adesset processio particularis favore Archiepiscopi.
4 Subditus non potest prorogare jurisdictionem iudicis in- competentis in præjudicium sui superioris.
5 Baro petiit remissionem Vassalli quævis in aliam Curiam consentientis.
6 Declaratur conclusio de qua n. 4. cum distinctione casuum.
7 De differentia in hoc inter jus civile, & canonicum.
8 Etiam in casu, in quo subditus non potest prorogare juris- dictionem incompetentis, actus subsistet in ejus præ- judicium.
9 Legatus est iudex competens clericorum, & concurrat cum quolibet Ordinario.
10 Observantia quando & ad quem effectum sit considerabi- lis.

D I S C. II.

Cum Marcellus pulsasset coram Legato Bononiæ, seu ejus Officialibus illos de Grassis tanquam heredes debitoris census ad solutionem fructuum, atque reis conventis in ju- risdictionem consentientibus, per Auditorem Generalem ac eodem Legato deputatum, relaxatum esset mandatum exequutivum; interposita appellacione, & assumpta dispu- tatione in Signatura Justitiæ super modo illam committendi, an scilicet cum clausula sine præjudicio executionis, ut in executivis, & de sui natura suspensivam appellacionem non admittentibus scribi solet. Vel potius cum clausula suspensiva, seu translativa executionis, ut etiam in execu- tivis, & privilegiatis ratione nullitatis, vel injustitiæ scribi solet, & super quo rescribendi modo pro impedienda exe- cutione, ferè omnes hujus Tribunalis disputationes habentur; Inter cæteras nullitas, quæ ex parte appellantium de- ducebantur pro obtinendo rescripto, etiam ad effectum sus- pensivum, erat illa defectus jurisdictionis, quoniam cum ip- si essent clerici, non poterat causa coram alio iudice in prima instantia tractari quam coram Archiepiscopo tam- quam loci Ordinario ex dispositione Sac. Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 20. ut in specie inlibetur Legatis, non se inge- rant in causis primæ instantiæ, illas cognitari in gradu ap- pellacionis.

Clarius verò dicebatur id procedere in hac Diocesi Bonon. ob speciales literas Gregorii XV. dicitur providentes, ne

Legatus in causis fori Ecclesiastici primæ instantiæ se inge- rat, præterquam in illis criminibus, pro quibus impo- nenda veniret pena ultimi supplicij cum traditione curie seculari, quo casu disponitur esse locum preventionis; Cum- que tam Concilium, seu Constitutio Pii IV. super ejus con- firmatione, & publicatione, quam dicta literæ Gregorii continent decretum irritans quod inficit quancunque con- trariam possessionem, exinde inferatur ac quilibet diver- sa observantia curandum non esse.

Neque attendendum esse dicebant scribentes pro appellan- tibus istorum consensum, quoniam non potest subditus in præjudicium sui superioris, abique istius licentia, vel consen- su prorogare jurisdictionem iudicis alias incompetentis ad text. in cap. significasti de foro compet. ubi scribentes, cum ea sit sedes matricæ, de quibus Carol. de Grassis effect. cleric. p. n. 53. Barbof. in collect. super eodem canone, Carleval. de iudi- cius, tom. 1. disp. 2. num. 1075. deducendo in idem ea, quæ ex Capyc. decif. 9. & aliis habentur apud eundem Carleval. d. disp. 2. n. 808. & 859. de Barone petente remissionem vassallo- rum ad suum forum, non obstante eorum consensu in juris- dictionem M. C. V. seu alterius Regij Tribunalis; Et in spe- cialibus terminis dicti Concilii decreti, in cap. causa om- nes, quod scilicet causæ in prima instantiâ cognosci non pos- sint in Tribunali superiori, consentiente subdito, sed diffen- dente Ordinario, vel è converso, Barbof. ad collect. ad idem Concil. ubi sup. n. 2.

Causa erat ex aliis motivis nimium turbida, unde propte- rea, abique necessitate examinandi iurum articulum, qui re- manent indecisus, commissa fuit in Rota cum clausula trans- lativa executionis, ut Ego met scribens pro appellato ab in- itio dubitabam ex aliis motivis, facti potius quam juris, unde resolutio via est probabilis, & juxta votum.

Quatenus verò pertinet ad hunc articulum super dicta materia text. in cap. significasti, de foro compet. quod scilicet jurisdictione iudicis alias incompetentis sit prorogabilis, seu prorogata sufficiat necne ad sublinendum actum, cum scribentes in contrarium multa in consensu commularent. Dice- bant ad tollenda æquivoca, procedendum esse cum distinc- tione conciliativa autoritatem, quæ invicem pugnantis videntur.

Aut enim agitur de iudice penitus & omnino incompe- tente, qui nullam nec actu, nec habitu habeat jurisdictionem, cuius sit incapax, ut est iudex laicus cum clerico, seu in causis merè spiritualibus, & tunc rectè procedat dictum assump- tum scribentium in contrarium super gestorum invaliditate quocunque consensu, seu prorogatione non obstante, ob omnimodam incapacitatem, quam partium consensu tolle- re non potest ad text. in d. cap. significasti, & cap. dilectus eosd. iii. cum ibi notatis.

Aut agitur de incompetente, sed non incapaci, ut est, e. g. Episcopus alterius diocesis, qui cessante subiectione in- gressus, domicilii, beneficii contractus, vel rei sitæ, sit in- competentis in causis clericorum, vel aliorum non diceciana- rum, non est tamen omnino incapax tanquam Ecclesiasti- cus; Et tunc de iure civili ex partium consensu redditur com- petens, ad text. in l. si convenierit, ff. de iurisdic. omni. iudic. de iure autem canonico clericis est prohibitum abique proprii Ordinarij, vel Superioris licentia ad text. d. cap. significasti, cum ibi notatis, Barbof. ibid. Carol. de Grass. effect. 1. num. 53. Carleval. d. disp. 2. n. 1075.

Quod tamen rectè procedere videtur, vel ad effectum ut ipse superior petere valeat avocationem, seu remissionem causa, vel ad effectum, ut subditus prorogans alienam ju- risdictionem in præjudicium sui superioris, possit ab isto pu- niri, non autem ad effectum nullitatis gestorum ad commo- dum & favorem ipsius consentientis, seu prorogantis, qui sibi imputare debet, neque admittendus est ad allegandam invaliditatem facti proprii, cum ita ex proprio delicto, in præjudicium alterius partis non delinquentis lucrum & com- modum reportate diceretur, ut ex Turrescremat. in capit. non licet, 3. quæst. 6. & aliis, Carol. de Grass. d. effect. 1. nu. 59. cum seqq.

Aut demum agitur de iudice habente jurisdictionem, & competentiam habitalem, ita & taliter quod merito iure dici valeat competens, quævis mediante declinatoria & ope exceptionis, sine iure communi, seu specialia recitabili- bus, (qualis erat casus præfatus huius controversiæ,) ac etiam est casus, quem frequenter tractant Regnicolæ ut supra de recusatone M. C. V. aliorumque Regionum Tribunalium in causis vassallorum Romanum cum similibus; & tunc, aut agitur de puncto remissionis causæ adhuc indecisa, & rectè procedit eadem proposito, ut consensus subditi non atten- datur

datur in præjudicium Baronis, seu alterius iudicis, cui illius causa cognitio prius competit, sicuti è converso consentus ipsius Baronis propria jurisdictione & privilegio renunciatur, non est præiudicium vassallo, eique impedire declinatoriam; Aut vero agitur de causa finita, & de libitineris iam gelus in præiudicium ipsius prorogantis, & tunc dispositio dicti text. in cap. significasti, non intrat, quoniam verè & proprie non est prorogatio jurisdictionem iudicis mere incompetentis, qui eam ex sola prorogatione obtinere dicitur, sed est renunciatio exceptioni declinatorie, ac non est uti privilegio, seu iure alias competenti, ita ut ille iuxta, vel superior rectè procedat iure suo, & ex propria natura jurisdictione, tanquam per remotionem obtaculi, ut bene Abb. conf. 25. lib. 1. quem ceteri sequuntur collecti per Carol. de Grassi. d. effect. 1. n. 62. Carleval. d. disp. 2. n. 1286.

Quinimo etiam ubi ageretur, iuxta casum præcedentem, de iudice omnino incompetente, non tamen incapax ut supra dictum est, attamen conclusio procedit, vel ad effectum ut proprio Superiori, non obstante subditi consensu, detur ius advocandi casus, seu perenni refectionem gestorum, que sibi suæque jurisdictioni præiudicium parere possent, vel ad effectum puniendi subditum ita male agentem, non autem ut ipsamet ad proprium commodum, gestorum nullitatem allegare possit, ut ultra deducitur per Carol. de Grassi. d. num. 63. ita distinguendo bene habetur apud Surd. conf. 27. numer. 36. circa fin. cum quo pertransit Rota dec. 306. num. 8. & 14. Bart. 2. recent. Arque ita probat recepta praxis totius Orbis, præsertim Curie Romanæ, quoniam A. C. extra Curiam non est competens in causis primæ instantiæ, ita ut gesta ex defectu jurisdictionis remanant invalida, ut dec. 150. part. 4. recent. tom. 2. & sequens, & tamen quotidie partibus consentientibus, seu non recusantibus, huiusmodi cause valide tractantur.

In tertio autem & ultimo casu nos versabamur, quoniam Legatus in eius provincia dicitur iudex competens omnium clericorum, habens cum eis, tam habituale quam actualem jurisdictionem, sicut Ordinarius cum quo concurrit, eoque majorem habet jurisdictionem & prerogativam, Honorem, & ceteri communiter in cap. 1. de offic. Legati, Specul. tit. de Legat. & superest, Gundifal. de Legato, quasi. 8. n. 3. Boer. de potestate Legati in princ. num. 20. ac præsupponitur in eodem decreto Concilii d. c. 20. & in ipsimet literis Gregor. XV. in quibus præsupponitur iudex appellationum & recursuum, ac etiam in certis casibus ei datur cognitio in prima instantia ut supra.

Eoque magis hæc præsentia nullitas, reflectendo etiam ad veritatem, omnino cessabat, quia supponebatur talem esse usum & praxim, quem usum non considerabam tamquam inductivum novæ consuetudinis exorbitantis & correctoriae dictæ Conciliatis dispositionibus, seu literarum Gregor. XV. tamquam inductivum consensu & patientia ipsius Ordinarii, de cuius præiudicio agebatur, unde propterea clarius & abique dubio ista nullitas non erat allegabilis ad regulam text. in l. Barbarus, ff. de offic. Prator. quo casu non intrat infectio decreti irritantis, quia non agitur de impugnatione, sed de non comprehensione, seu non usui privilegiis particularis, non autem legis universalis iuxta distinctionem, de qua Orthobon. dec. 175. n. 16. & in aliis frequenter.

ANNOT. AD DSIC. LI.
Cum duob. seqq.

Super his discursibus occasio non dedit alias disputare, atque de contentis, disc. 52. super prohibitione, quam Episcopi habent conferendi ordines subditi aliorum Episcoporum, & Prælatorum, agitur in annot. ad Conc. Trid. d. c. 14. & ad disc. 52. contentum in parte ea, que habentur supra, ad disc. 50.

P R A G E N.
PRO ARCHIEPISCOPO
CUM EPISCOPO LITHOMARICEN.

Discursus pro veritate extra Curiam.

Clericus qui proprio diocesano destitutus est; quia nempe eius diocesis ab infidelibus, vel hæreticis occupata sit, transiens ad partes Catholicorum, cuius diocesanum subditum fiat, ad effectum præsertim collationis ordinum.

Depœna Episcopi conferentis ordines clerico alieno sine proprio diocesani licentia; Eran Metro-

politanus procedere possit ad censuras contra Episcopum Suffraganeum.

S U M M A R I U M.

1. Facti series.
2. Clericus diocesis ab infidelibus, vel hæreticis occupata sit diocesanus, & subditus illius diocesis ad quem collatur.
3. Subditus ratione domicilii potest ordinari.
4. Domicilium quando contrahi dicitur.
5. An contribuentis in substantiatione seminarii in eo aliquod ius habeant.
6. Archiepiscopus Pragen. dicitur Legatus natus.
7. Licentia denegata per Superiorem non potest concedi per inferiorem.
8. In quibus deferendum non sit Theologi.
9. An bona fides & credulitas excuset Episcopum ordinantem alienum clericum.
10. An Metropolitanus possit excommunicare, aliasque censuras præferre contra Suffraganeos inconsulto Pontifice.

D I S C. LII.

Quidam Clericus diocesis Abovodiensis, ab hæreticis occupata, in Prage Seminarium receptus, post aliquorum annorum decursum, in quibus possit in literatura profecerat, quatuor minoribus ordinibus ab Archiepiscopo, seu eius Vicario in spiritualibus (Suffraganeo nuncupato) susceptis, equestem Seminarii exonerandi causa, per illum Rectorem commentatus fuit eundem Parochio diocesis Lithomariensis, ut cum prædicationis exercicio, aliisque honestis occupationibus victum sibi procuraret, donec deveniret ad etatem habilem pro suscipiendis præbysterati; Cum autem apud dictum Parochum moraretur, plures Archiepiscopus deprecatus est pro concessione dimissorialium pro facris ordinibus suscipiendis cum ætatis dispensatione, quod semper denegatum fuit. Deinde vero eosdem ordines ab Episcopo dictæ diocesis susceptis, de quo habita per Archiepiscopum notitia hic satis humane per literas dictum Episcopum monuit ad cum certiorandum de causis, & titulis, ex quibus in alieni clerici ordinatione abique proprio Ordinarii licentia se ingessisset, & quomodo se excusaret a censuris & pœnis contentis in cap. 2. de tempor. ordinat. in 6. & in Sae. Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 8.

Dicto autem Episcopo, non abique aliqua temeritate respondente, Archiepiscopus, servatis servandis, cum in dictas censuras & pœnas incursum declaravit; Verum petulantius effectus, curavit cum pluribus Theologorum votis, ac responsis J. C. etiam huius Romanæ Curie, se publicare inculpabilem, atque iniuste in huiusmodi pœnas incursum denunciatum; Quapropter Archiepiscopus, potius ut iuxta morem regionis, vulgo satisfaceret, quam quod iuris ordo ita exigeret, curavit plurimum aliorum Theologorum vota & juris Consultorum responsa, præsertim verò eisdem Curie Romanæ obtinere pro veritate super dictarum censurarum justificatione; Cumque inter alios ego assumptus essem, visis dictis votis & responsis pro Episcopo editis,

Respondi, quoad conclusiones, & principia juris, dictos huius Curie J. C. & Advocatos bene respondisse, atque propositiones per eos deductas esse veras, fallaciam verò consistere in applicatione ad factum, cuius proinde magis quam juris quæsitio esse videbatur, ob eisdem facti seriem alterate ac minus fideliter ex parte dicti Episcopi præsuppositam, & quæ congrua juris applicatio pendebat, ut frequenter hodie videtur omnium forsennium controverfularum natura.

Juris enim, verum, ac receptum principium est, per dictos J. C. deductum, & à me admittum, clericum carentem proprio Catholico Episcopo ob diocesis ab infidelibus, vel hæreticis occupationem, esse subditum & diocesatum illius Episcopi, ad cuius Ecclesiam, seu diocesis migravit, ejusque domiciliiarius effectus est, ad text. in cap. Clericus 71. dist. 8. & cap. final. de Parochis, ubi quod propria Civitate occupata, proprius Parochus effectus ille, ad cuius limites & territorium populus confugit, ex quorum iurium dispositione ad istum præfixum effectum collationis ordinum, ut clericus effectus subditus & domiciliiarius illius diocesis, ad quam à propria ab hæreticis, vel infidelibus occupata confugiens se recepit, firmant Jo. Andr. Franck. Gemin. & ceteri communiter in eodem, c. 2. de temporibus ordinationum in 6.

Quæ theoretica sic stant, totus punctus erat in applicatio-

ne ad factum, cuius serie attenda, etiam iuxta illam quæ in dictis responsis pro Episcopo editis præsupponebatur, quam reflectendo ad solam veritatem, contra eundem Episcopum, reman in facto non dubitabatur, respondendum censui. Quoniam à propria diocesis ab hæreticis occupata, se contulisse ad Civitatem Pragen. ibique in Seminario receptum, commoratum esse spatio annorum quatuor & ultra, & quod magis est, postive agnovisse dictum Archiepiscopum in proprium Diocesanum & Pastorem, dum ab eo quatuor ordines minores susceperat.

Non negabant scribentes pro Episcopo prædicto, quod pro tempore dictæ moræ in Seminario, clericus præfixus est illius Archiepiscopi subditus & diocesanus. Insistebant autem in eo quod deinde dicto primævo domicilio derelicto, alterum de novo in hac diocesi contraxisset, ideoque tanquam domiciliiarius illius diocesis, ab ejs Episcopo ad ordines promovetur poterit esse collectus per Barbof. de Episcop. alleg. 4. ubi late de hac materia domicilii ad istum effectum collationis ordinum; Verum in hoc facti præsupposito consistebat fallacia, ob quam de facili corrobatur omnia juris præsupposita, alioquin in suo casu vera, quoniam quicquid sit de questione, an ad effectum contrahendi domicilium requiritur necne lapsus decennii vel alterius temporis adnotari per DD. in l. Civis, C. de incolis, lib. 10. & alibi ex deduct. per Menoch. de arbit. casu 36. Barbof. alleg. 4. n. 26. & seq. Buratt. & Adden. dec. 444. & habetur alium in Reggen. consulti. sub tit. de Canonis &c. Admissa etiam opinio domiciliiario, seu huius Episcopo favorabiliori, ut etiam abque temporis lapsu, solus animus sufficeret, expressè declaratus, atque ab aliis facti circumstantiis administratus, ita ut administratus tolleretur sinistra suspicio, quod verba declaratio esset affectata, & in fraudem. Adhuc tamen sine dubio de dicto animo ita declarato, & administrato consistere debet, cuius contrarium potius parebat. Tum atenta causa moræ in hac diocesi, que propterea tanquam causativa, seu occasionalis ad verum domicilium ac civitatem non erat sufficiens ex deductis in Firma Codicillorum coram Orthobon. inter illos dec. 145. n. 30. & seq. & pluries ad materiam civitatis hoc eod. libro sub tit. de præsentibus; Tum etiam clarius flante quod animi perseverantia retinendi primum domicilium, dum existens in hac diocesi pluries petebat ab Archiepiscopo tanquam à proprio diocesano litteras dimissoriales, quibus denegatis, alium non proprium Episcopum adierat, qui ei proprius, & præfixus casu text. in d. cap. 2. de temporibus ordinationum, in 6.

Dicebatur etiam ex parte dicti Episcopi, clericum prædictum se non recepisse in Civitate Pragen. ut ejus civis, seu incolæ fieret, sed ut reciperetur in Seminario autoritate Sedis Apostolicæ ibi erecto pro huiusmodi Catholicis adolescentibus ab hæreticis occupata confugiens, unde cum dictum Seminarium commune esset toti Regno, seu Provinciæ Bohemæ, cuius Episcopi omnes pariformiter cum ipso Archiepiscopo, iuxta proportionabiles vires, ad ejus substantiationem contribuebant, exinde inferebatur, quod huius Seminarii alumni dici possent totius Regni domiciliiarii, & successivè equaliter subditi omnium Episcoporum iustitiamque ejus dicta Civitate in eodem Seminario coæquale jus haberentur, Verum hoc motivum nulli penitus juris, vel facti fundamento innixum erat, quoniam non ex eo quod Parochi aliquæ benefecit contribuebant pro substantiatione Seminarii erecti pro beneficio totius diocesis, sequitur illos habere jurisdictionem, vel coæquale jus cum Episcopo in ipsius Seminarii alumniis. Ita à pari & fortius. Licet enim hoc Seminarium erectum sit pro totius Regni, seu Provinciæ beneficio, fideique Catholicæ propagatione & conservatione, unde merito universa Provincia contribuit in ejus substantiatione. Attamen cum situm sit in una Civitate, vel diocesi, nullatenus dici potest, Episcopum non diocesaneum ex dicta ratione contributionis in eum legem diocesaneam habere.

Clarius verò in hac facti specie, & ad effectum, de quo erat quæsitio, ex duplici circumstantia; Primo scilicet quod litteræ Apostolicæ Urbani VIII. in quibus huiusmodi contributionis mentio habetur, solum Archiepiscopum dicti Seminarii, ejusque alumnorum Ordinarium declarant, Et secundo quod posita etiam dicta cumulativa, seu coequali jure omnium Episcoporum Provincialium ex dicta contributione resultant. Adhuc tamen, cum Archiepiscopus esset Metropolitanus & Superior, & quem etiam in eo Regno esse Legatum natum dixit Bald. conf. 337. lib. 4. exinde resultat conclusio, quod licentia denegata per superiorem, concedi non

potest per inferiorem, quamvis alias illam concedendi facultatem haberet ad text. in cap. ut debuit, & cap. nostrum de appell. Scraph. decy. 1328. num. 2.

Theologus in votis pro eodem Episcopo editis, credebant ex præmissis illum dici posse in bona fide, ac iuxta credituram à censuris & pœnis excusante. Merito autem huiusmodi motivum neglectum fuit ab ipsimet J. C. pro eodem respondentibus, quoniam ut præsertim habetur in materia natiuitatis senioris, ac pluries sub tit. de usor. & alibi, Theologus nimium deferendum est in quætionibus & articulis fidei; quovè ad moralia, deferendum pariter est quoad conscientia forum internum, in quo animus & propostum tonam faciunt, recteque verificari possunt inter intellectuales distinctiones intentionis, seu diversas operationes intellectus, que per eos considerantur; Secus autem quoad forum externum, in quo revera non sunt eorum partes cum dictis distinctionibus iudicandi ac respondendi, quoniam Ecclesia non iudicat de internis, atque alias omnium iurium dispositio semper elusa remanere possit, cum ferè nullus reperitur quamvis celestissimus delinquens, qui iuxta suam, quam narrat historiam, innocens & forte præmio magis quam pena dignus reputari non debeat.

Quod in his terminis individualibus prævidet ac optime decidit idem text. in d. cap. 2. de temporibus ordinationum in 6. ubi, Episcopi alienos clericos ordinantes, vel affectati am ignorantiam allegare, vel signata componere solent; Unde propterea eatenus excusatio intrat, quatenus in ipsomet foro externo tales justificationes circumstantia, que verè bonam fidem ac iustam credituram inducunt.

Denum, tam Theologi, quam J. C. satis evagabantur super quæstione agitata per Canonistas, in cap. 1. §. fin. de offic. Ordinarii, in 6. & cap. venerabilis de sentent. excommunicat. de qua Genten. in praxi Archiepiscop. cap. 88. n. 6. Quaranta in Summ. Bulgar. verbo Archiepiscop. auctoritas, nu. 8. Barb. de Episcop. p. 1. tit. 4. num. 15. Ventrigl. de iurisdic. Archiepiscop. c. 147. & ceteri. An scilicet Archiepiscopus inconsulto Pontifice per censuras contra Episcopos suffraganeos procedere valeat; Verum quamvis ex allegatis pateat, magis communem esse affirmativam. Nihilominus dicebam hunc esse inane laborem, ac superfluum evagationem, cum huiusmodi quæsitio intrat in censuris latis ab homine, & quas Metropolitanus, autoritate sua contra suffraganeos promulgaret, in quibus terminis non versabamur, cum ageretur de censuris latis a iure, quarum declaratio, seu denunciatio conceditur etiam adversus eos, qui sint exempti, quinimo specialiter privilegiati, ne excommunicari aliquæ censuris in donari valeant, iuxta ea que habentur hoc eod. tit. deducta in Massanen. Caronen. & Cusentis. disc. 29. 47. & 48. & in aliis.

VITERBIEN. JURISDICTIONIS
PRO CURIA EPISCOPALI
CUM TRIBUNALI A. C.

Casus disputatus coram Præfeto Signaturæ Justitiæ, & resolutus pro Curia Episcopali.

De cumulativa jurisdictione, quam A. C. habere præterdit cum Baronibus Status Ecclesiastici, etiam in prima instantia, saltem per viam recursus vassallorum. An procedat in spiritualibus, & cum Episcopis, non obstante Concilio Tridentino in cap. casus omnes.

S U M M A R I U M.

1. Facti series.
2. De voto Robulsterii circa recursum ad A. C.
3. Consuetudo non extenditur de casu ad casum.
4. De differentiis inter Barones & Magistratus seculares, & Episcopos, vel Ordinarios Ecclesiasticos.
5. Quando cesset decretum Concilii per non usum, non obstante decreto irritante.
6. Papa potest, sed non solet avocare ad se causas, in prima instantia.
7. In Baronibus secularibus intrat præsumptio confessionis subditorum.
8. A. C. in prima instantia extra Curiam non est competens.

D I S C. LIII.

Quidam diocesanus Viterbien. ad querelam partis offensæ pro delicto processatus, & carceratus, recursum habuit ad A. C. qui causam assumendo, inhibuit in ea consue-